

3

Rma virosq; cano, quibus aethere gloria  
surgit

**A** Lechiniadum, patiturq; feros deuicta tri-  
umphos

Franca cohors, insigne decus memor ab laborum  
Nobilium Procerum, quantos ad bella crearit  
Agrippina viros, alma cum prodigia pacis  
Galla Diocesis sacre gens prælia mouit.

A terris Ducibus circumdata mœnia vastis  
Aggeribus, tripliæ conclusos agmine muros  
Lechisichy, quo Marte triplex exercitus arcem  
Obsedit, capto redigens in busta Penates.

Nec non Hectoreos animos, & nescia vinci  
Pectora, quam valido tutarint mœnia nisi

Obsesti, quoties miro stratagemate scalas  
Harentes muris, ascendentesq; phalangas

Præcipites dederint, infestis obvia signis

Signa, truces aquilas, & tela minantia telit,

Ac ut ad obseßam dubijs victoria pennis

Inter virosq; volans tandem deflexerit arcein.

Fert animus tanti causas exponere belli,

Immensamq; aperitur opus, quid in arma furentem

Impulerit populum, qui pacem excusserit orbi.

Vos Heliconiades cinctæ parnasside lauro,

Si vos ritè puer colui, robiq; dicatas

Sæpè coronauis fertis halantibus aras,

Aspirate mihi, moruq; fauete secundo.

Tu quoq; bellorum præses Tritonia virgo,  
Tu vatem, tu diua moue, dicam horrida bella.

Quas igitur causas tantorum Musa malorum  
Commemoras? olim tantā pietate celebrem  
Horrida qua populum modo perturbauit Erynnis?  
Vel qua Christicolis suasit furibunda Megara  
Hereticis sociare manus? quis perdere veros  
Sedis Apostolica natos furor egit iniquus?  
Vnica tantorum turpisima causa malorum  
Ambitio, qua vestibus foribusq; potentum  
Excubat, & precijs commercia poscit honorum  
Pulsa simul, crudele malum, insatiabile monstrum,  
Hac negat &qualem, tumidos sperare clientes  
Omnia sceptra iubet, victos Garamantas & Indos  
Subdere seruitio spondet, quin amula Soli  
Totum sola solum sub duras mittere leges.  
Hac est fida comes, nutritrix sedis sima, turpis  
Fomes avaricie, qua fuluum semper habendo  
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum.  
Hac duo monstra ferè totum turbantia mundum  
Sic duris stimulis populum pupugere furentem,  
Ut prior Ambitio pedibus calcare superbis  
Cæsaris imperium, capitig; reuelare tenter  
Immortale decus, sacram temerando coronam.  
Huic par tetra soror, furor exitialis habendi,  
Sic cupidum populum furij agitauit inquis,  
Ut plenus rabie, prædag; cupidine feruens,  
Non Tartessiacis illum satiaret arenis  
Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis  
Aurea Pactoli, totumq; exhauserit Hermum.

Arde-

Ardebit maiore siti, nunc Sequana preceps,  
Nunc fastiditur Rhodanus velocibus vndis  
In mare præcipitans Ararim, mare tentat Iberis,  
Germanisq; vagi vada carula claudere Rheni.  
Nec violare pudet (sin aspera fata negassent)  
Quæ Sueco mansit purissima virgo tumultu  
Agrippina vagi Regina colonia Rheni.

Hinc veluti quondam gustans audito ore falernum,  
Quod cupidus populo transmiserat Itala tellus.  
In benefactricem stimulante cupidine saevas  
Iras concepit, raptusq; furore virentes  
Eridani campos vastauit, agrosq; feraces  
Ticinus vitro quo lucidus amne pererrat.  
Maturas segetes, ressecandaq; farra colonis,  
Florentesq; solo radicibus eruit herbas,  
Quin etiam innocuas pecudes armentaq; strauit,  
Velocem non cursus equum, poteratve tueri  
Cornea qua duro prefigitur vngula ferro.  
Non potuere truces defendere cornua tauros,  
Omnia dirupuit truculenta ferocia Galli.  
Tunc quoque semirutis pendebant moenia tediis  
Vrbibus Italia prostratis saxa iacebant  
Muris, atque domus nullo custode manebant  
Tuta, permultos tellus inarata per annos  
Lugebat, deerantq; manus poscentibus aruis.  
Haud minus infraeni rabie stimulatus ore xis  
Nuper in has atrox exercitus irruit oras  
Compositus Galli, VV eimari ac viribus Hassi,  
Cerberus ille triceps ac portentosa Chimera.  
Hic dum fortunâ solitos retrahente fauores.

(Sic

(Sic etenim semper fortune labilis aura  
 Rebus in humanis vario discrimine ludit:)  
 Iuxta Kempenam fausto certamine sueta  
 Vincere magnanimi Lamboy Ducis agmina vicit,  
 Agrippinatum meditatis dulcibus escis  
 Illis bella parat, cupidum quo pinguis alium  
 Infarcire bolis licet, mox dira cupido  
 Crescit, & ex acuiti capienda in fercula dentes;  
 Cen stimulante fame cum rictor ouilia tandem  
 Faucibus inuidit siccis leo, guttura rauca  
 Innocuo frendens cupit humectare cruento.  
 At quantum scelus est in viscere viscera condit  
 Congestosq; vorax pingues ere corpore corpus  
 Alteriusq; animantem animantis viuere letho.  
 Scilicet in tantu opibus, quas optima matrum  
 Terra creat, nihil hos nisi rodere tristia servo  
 Vulnera dente iuuat, ritusq; referre Cyclopum,  
 Non nisi perdiderint alias placare voracis  
 Et male morati poterant ieiunia ventris.  
 Hinc postquam lautis saturi Kempenisibus escis,  
 Noue siusq; cibis magis est incensa cupido,  
 Marcoduriadum vacuatis deinde coquinis,  
 Amplius intendunt sedare cruenta gulosi  
 Tormina ventris; habent ideo sua sensa ferentes  
 Noue sij vnam mem confessum, quid sit agendum  
 Consilia in melius miscent, responsaq; poscunt.  
 Oppidulum Lechnich tandem concorditer omnes  
 Concludunt forti mox obsidione premendum.  
 Hoc Vbi struxere Patres, qua lata patescit  
 Campi planities, praeruptis moenia saxis

7

Conſurgunt, denſo circumiacer aggere vallum.  
Huic fuit exilis famosi nominis umbra,  
Et nullis veterum claris memorabile gestis,  
Lechnichium dixere Patres, ridendo vocatum  
Lecherich, vt nobis testatur Mefſius, aiens  
Sic placuisse ſuo Domino, qui priſca ſub imis  
Telluris latebris primus fundamina iecit.  
Ut puto iucundo diſtorſerat ora cachinno  
Odrysijſ quando vates truncatus in oris  
Saxa, ferasq; lyra traxit, fidibusq; canoris,  
Quando nudato descendit populus Aemo,  
Et comites quercus attraxit nautica pinus,  
Quando ſecurum leporem fouere Molofi,  
Vicinumq; lupi latus haud exhorruit agna,  
Concordes luſere ferā cum tygride dama,  
Quando nec iratos cerui timuere Leones.  
Arx ac oppidulum foſſis circumdatur altis  
His Dene, aquoreas qui cufpide temperat vndas,  
Prouidet, vt vasto tueantur fulmine muros.  
Hic eſt temperies puri placidiſima celi  
Decrepitum generans ſenium, nam cernis ibidem  
Incuruos vetulos quēis Nestoris accidit etas.  
Hic multum fœcundus ager, largamq; quod annis  
Terra ferax cererem multo cum fœnore reddit.  
Non plus Hesperie longinquis meſſibus, vlla  
Nec Romana magis complerunt horrea terra.  
Non ager AEgypti pinguiſsimuſ vbere glebae  
Gefiat equari vobis felicia rura,  
Quamuis ille quidem natas ſine ſemine fruges  
Afferat, & nullo veretur vomeris ictu,

Sponte tamen florescat ager, cessante iuuenco  
 Dicitur oblatas miretur & incola messes.  
 Hic grauida pecudes, hic porci tergora obesi,  
 Hic quoque non iussa veniunt ad mulctra iuuenca,  
 Hic fecis apibus nec non exanimine multo  
 Dulcia melia fuis redolent spumantibus horti,  
 Hic armenta bounte, distente lacte capelle,  
 Lanigeri<sup>q</sup> greges, animalia pinguia campi  
 Vtibus humanis gratissima pabula praefant,  
 Et bona natura, quae desperruntur in omnes,  
 Hic commixta fluunt, & quadiuisa beatas  
 Efficiunt terras largè hanc congesit in unam,  
 Ut merito dicenda foret paradius agrestis.

His capti illecebris, cupidis sententia stabat  
 Mentibus ingenti circum dare robore Martis  
 Oppidulum, ut tantis liceat ditescere prædis.  
 Ergo militibus memorant, quid molis agendum.  
 Primus in armas ruit Guebrian, qui talibus atras  
 Spumans ore minus socios animabat in hostem.

O socij, magna Gallorum gloria genitio,  
 Aspiceret hanc terram, lati quacunque pacescit  
 Campi planities, quas grandes continet instar  
 Laomedonis opum, nitidi fuluiq<sup>z</sup> metalli  
 Massas, Agrippinatum quoq<sup>z</sup> Principis amplias  
 Gazas, quaq<sup>z</sup> rudis collegit ferræ Colonus  
 Depredanda dabo vobis, estote parati,  
 Edite signa vini vos Gallo sanguine natos,  
 Sic & posteritas, aeternæ fama loquetur,  
 Vos adeo audaces animos in pralia ferre,  
 Quam veteres illos Celtas, qui Principe Brenno

Dicitur

Diripuere, Pater quam Romulus edidit, urbem.  
 Arx est, quam Lechinch veteres dixere Coloni,  
 Ad quam sepositis mentem componere curis  
 Procul Agrippinas cupiens secedere suevit,  
 Posset hæc rutuli congestos aris aceruos,  
 Est ibi cunctarum diuisima copia rerum,  
 Hanc suasere Duces vnitis cingere castris,  
 Ut nobis tanti thesauri copia fiat.

Sumite vos animos, solito stent robore mentes,  
 Iam vos victores tremebunda Colonia multis  
 Auertit latebris, nunc alta Moguntia magno  
 Stat perculsa metu, tota trepidante Viennâ  
 Obstupefacta metu riget anxia Casaris aula.  
 Pergite magnanimi, ceptos augeate triumphos.

His dictis rabies prædag, nefanda cupido,  
 Qua mentes stimulis sitibundas excitat, aucta est,  
 Seuit amor ferri, rigidus insania Martis,  
 Ac iter ad Lechinch pollut à pace capessunt,  
 Oppidulumq, parant Martis circumdare technis.  
 Hinc totus campis exercitus ibat aperius,  
 Tubadel primas acies, postrema coercet  
 Rosa tumens animo, medio Dux agmine Gallus  
 Veritur, arma tenens, maculis quem Celicus albis  
 Portat equus, tutansq, latus micat aureus ensis,  
 Hunc stipant acies equitum, peditumq, phalanges,  
 Tum tenebrosa nigro glomeratur pulnere nubes,  
 Ingentiq, pedum pulsu tremit excita tellus,  
 Se spolijs animant diuisis ante triumphum,  
 Et licet ambiguis anceps spes passibus erret,  
 Sunt quasi victores; memori sed mente tenete

10

Ius quod ab antiquo Noriberga tempore seruans,  
Qui consueverunt nullum suspendere, qui non  
Ante fuit capetus. dubijs rogo parcite prediis,  
Si fortuna volet vestri sententia cordis  
Accidet, & pingui tingitis turpis lardo  
Guttura, sed quoniam laridi lateralia frusta  
In stagnans vallum iecisti pontis ad instar,  
Quo (singendo iocos) vndas transire liceret,  
Auguror, ac istud certum mihi suggestit omen,  
Vos nihil ex larido nostro comprehendere posse,  
Nam benè dignus erit, qui prodigus optima spernit,  
Pressuram tolerare famis, nec frusta meretur  
Vilia, qui perdit preciosas discolus escas.

Iamq; volans rumor turbatā spargitur arce  
Victam Kempenam, turpisq; timore coactos  
Nouesios subiisse iugum, Ducas agmina Lamboy  
Amisīs signis Gallo cecidisse mucrone,  
Aut dispersa vagum sine lege errare per orbem.  
Hostiles animos his insanire triumphis,  
Iam triplices properare Duces, triplicesq; Maniplōs  
Cincturos vrbeni plenis volitare per agros  
Signis, fama refert horrendos improba motus,  
Et gliscit gressu, volucrīq; citatior Euro  
Terrificū quatit attonitam rumoribus arcem,  
Astruit auditis docilis per inania rerum  
Pascere rumorem vulgi paucor. itur in acres  
Bellorum sparsim curas, subitusq; per omne  
Oppidulum Mauors strepit, & ciet arma, virosq;.  
Mulius Agrippinā non tenuia vasa nitroso  
Pulvere farcta refert, diuturno tempore mutas

Bombardas renouant, tersâ rubigine saus  
 Induitur ferro splendor, iuuenumq; reposta  
 Instaurant galea coni decus, hasta iuuatur  
 Amento, reparantq; noua fornace bipennes.  
 Nec vero muris, quibus est luctata vetustas,  
 Ferre morantur opem, subiectant saxa, cauasque  
 Retractant turres, edit quas longior etas.  
 Hinc arx tormentis validis onerata tumescit,  
 Et quibus oppositos, occulta foramina campos  
 Prospicit occludunt, hinc grandia robora portis  
 Et fidos certant obices accersere syluis,  
 Euacuant fossas, stellatis axibus agger  
 Obicitur muris, haud segnis cuncta magister  
 Precipitat timor, ac vastis trepidatur in armis:  
 Quin adeo saus rigidis Mars terruit armis  
 Faunos, atque leues Satyros, Dryadesque procaces,  
 Ac viridi pinu praeinctos cornua Panas,  
 Ut iam diffugiant campis, nec montibus altis  
 Flexile cerata modulentur arundine carmen,  
 Sed timidi sese miscent ciuilibus armis,  
 Tristitiaq; graues conclusis ariibus abdunt.  
 Sic vulgus, traduntq; metus, nec poscitur author.

Ast, heu turpe nimis! Gallorum cordibus heres  
 Firnum propositum, manet alta mente reposta  
 De larido in Lechnich dudum concepta libido,  
 Hinc veniunt taciti ceu fures nocte sub illa,  
 Quâcum Discipulis Deus olim Pascha comedit,  
 Atque vorare volunt non puri paschatis agnum,  
 Sed noua porcorum discerpere viscera feruent,  
 Oppidulum Lechnich papuloso milite cingunt

Ipsâ luce sacra quando mysteria mortis  
 Messie colimus, genitorq; piacula serui  
 AEternus nati perpessa morte remisit.  
 Quis furor iste canes? que vos vesania vexat?  
 Haretico vetitas an gutture queritis escas,  
 Cum sitis ardorem moderetur felle Redemptor?  
 An placet eximia pietatis nomine claros  
 Perturbare viros, ut sacris hisce diebus  
 Non valeant Sancti persoluere debita Pascha?  
 Pridie at vnamimes zelosus compulit ardor  
 Heroas sanctâ sese muuire Synaxi,  
 Scilicet hoc scutum est, quod cunctas tollit Auerni  
 Insidias, faxit Deus hoc munimine semper  
 Se primumirent, rerum foret exitus idem.

Ergo dies primos belli visura tumultus  
 Exoritur, nigras noctis lux soluerat umbras,  
 Cum vigil excelsi custos sub tegmine recti  
 Buccinat extra hostem partitis ducere turmis  
 Excubias vigiles, ait alto ex aethere clausa  
 Mœnia, & in somni muros statione teneri.  
 Apparet densis acies instructa ceteruis,  
 Et campus elypeis armatis ferreus horret,  
 Florida quam multæ per rura videntur arista,  
 AEthereis cum feruet equis iuba fulua leonis,  
 Quam tumido multi volvuntur in aquore fluctus,  
 Quando turbatas Haedus maris impulit undas,  
 Ante suos oculos tot tela, tot arma videbant  
 Ciues interitum, tristemq; minantia mortem;  
 Stridula labra tremunt, murorum limina circum  
 Cuncta premebantur, densa stacione per agros

Dante

Dant equites cumulos, diuisis ordine turmis  
 Hinc illinc clausi confines oppidi ad agros  
 Peruigilant, omnemq; aditum custode coronant.

Hac vbi conspergit generosa Corona virorum,  
 Qui validis urbem defendere viribus adsunt,  
 Congressi, inq; vicem dextras iunxit locumq;  
 Aptum, quod possint arcanas volvere curas  
 Exquirunt; contra sunt hostem vocibus omnes  
 Concordes, fidei causâ patriaq; crucem  
 Nobiliter potius cum chara fundere vita,  
 Quam statuant urbem suribundis dedere Gallis.  
 Primus Iohannes Kipsheffen stabant in armis,  
 Cui veteres Patres, & cui numerantur auorum,  
 E quibus antiquo censetur stemmate natus.  
 Huius sancta fides, immitiaq; dextera bello,  
 Ac ingens longo prudentia parta labore  
 Vestro indicio satis Illustrissime Princeps  
 Imperij Elector toto clarescit in orbe.  
 Huius enim fidei, rigidis dum soluit habendas  
 Mars furibundus equis, ac in discrimine summe  
 Patria versatur, licuit committere tuto  
 Lechnichias arces, huius prudentia visa est  
 Cum sibi subiectâ turma potuisse tueri,  
 Ac durâ cladi trepidos subducere ciues.  
 Verum vallatâ castris hostilibus urbe  
 Clarius emicuit, totumq; effudit in orbem  
 Illustris radios, dum curas atque labores,  
 Ac onus impendens humeris, mox diuidit inter  
 Prudentem fortemq; virum, sibi sponte laborum  
 (Quies vnuis vix par fuerit) delegit alacrem

Collegam; nam maior adest & plena duobus  
 Pectoris ac animi prestantia, copia rerum  
 Vberior, vis consilij magis ampla duobus,  
 Dum nunc hic aliquid, nunc ille, quod vtile credit,  
 Inuenit, alterius fraterno sapientia  
 Indiget auxilio, nemo sibi sufficit ipse,  
 Nam qui solus erit, si forte quid veile rebus  
 Cogitet, intueniatque, animo perspecte labante  
 Descit, & timidum fugit omnis consilij vis.  
 Ergo sibi iunxit fortem, fiduciamq; Sodalem,  
 Qui varijs fessum curis ex parte leuaret,  
 Hic fuerat Carolus Maior, qui traxit ab alto  
 Sanguine Delligerum clarissima nomina Patrum,  
 A Equandus Superis Heros, insignis in armis,  
 Et patria, & sccl'i decus admirabile nostri,  
 Huic pridem Illustris meritos Colonellus honores  
 Manderslo referens (vt nunc patet) omne fausto  
 Sub parente sibi forti legione supremum  
 Prefectum vigilum magnâ cum laude crearat.  
 Hi bini alternis statuunt dare iussa diebus,  
 Non secus ac Gemini concordia sydera fratres  
 Tyndarida variant ortus noctuq; diuq; q;  
 Ordine Perpetuo, vel ceu tria fulmina mundi  
 Quondam post domitos armis civilibus hostes  
 Romanos Proceres totum subiecta per orbem  
 Regna pares fasces dudum mutare stupebant:  
 Sic quoque clausa viris alternis mœnia parent,  
 Et redeunte nouis succedit Sole Duumvir.  
 Quatuor his socij, primi tres iussa pedestri  
 Dant turmæ, Ioannes Sax generosus & audax.

Huic par alter erat praeclara stirpe creatus  
 Ioannes Sigismundus Gopp strenuus Heros,  
 Vir cui multa nimis mentis constantia ferueret,  
 Impavidus, prudens, & ad ardua quæq; paratus,  
 Nec non primorum qui iungit in ordine binum  
 Nomen Apostolico Patrum, Paulusq; Petrusq;  
 Tibanti, nulli pietate aut Marte secundus.  
 Denique Ioannes de Burgo Ductor equestris  
 Centuria fortis miles, nec in ordine Nobis  
 Postremo referendus erat, si scribere plures  
 Secluso fragilis calamus simul ordine posset.  
 Cunctis hisce viris insunt Mauortia corda,  
 Nec minus ingenij clari, quam robore Martis,  
 Quod si pugna vocat medio in certamine primè  
 Ductores ipsi volitant exempla suorum.  
 His ego non priscos Decios, fortissime Metellos,  
 Non cunctatores Fabios, Mariosq; ferores  
 Prætulerim, nec qui Pœnum domuere furorem  
 Scipiadas, Gallisq; genus fatale Camillos.  
 Non mihi si lingua centum sint, oraq; centum  
 Vox infraclia sonet, moueat præcordia Phœbus,  
 Horum virtutes Procerum, clarosq; triumphos  
 Nostris versiculis breuiter comprehendere possim.  
 Hi Proceres igitur coeunt concorditer, armis  
 Alta tenent, & non trepidi formidine portas  
 Explorant, fascesq; & propugnacula iungunt.  
 Optimæ mox licuit feruoris cernere signa,  
 Omnis per muros legio sortita periculum  
 Excubat, exercetq; vices quid cuiq; tenendum.  
 Sunt quibus ad portas cecidit custodiri sorte.

Pars alia ex portis erumpit in agmina, tentans  
 Hostis num valeat priuato Marie cohortes  
 Pellere; festinus cuius furor arma ministrat.  
 Iam celer exierat poris equitatus apertis,  
 Euolat ante suos iras rabiemq; Ioannes  
 De Burgo spirans generoso corde lacescit  
 Hostiles acies peditum stipatur utrumque  
 Magnanimè turbâ, nostratum parua ceterua  
 Impetuosa ad pugnam properat, ceu fecerat olim  
 David cum Goliath pugnans immane duellum,  
 Exigui numero, sed bello viuida virtus,  
 Ac alternantes multa vi prælia miscent.  
 Ecce tibi trepidant timidi consistere Galli,  
 Dum pedites nostros numero licet impare cernunt  
 Impetu fulmineo cuneos penetrare suorum,  
 Despondent animos, tremebundi corde fugantur  
 Agminibus totis, & versiterga dedere,  
 Ut fugiunt aquilas (timidissima turba) columbae.  
 Quos ardens animis & fisis viribus heros  
 De Burgo toto fugientes equore campi  
 Vrget agens, vi sepe canis venaticus olim  
 Sylvestrum sectatus aprum, rapidumve leonem  
 Mordicus arreptum retro trahit, ipse volantum  
 Confusis virtute pedum, nunc ilia morstu  
 Perstringens, nunc extremis in clunibus haren  
 Posteriora fera carpit: sic strenuus Heros  
 Extremos quoisque interim, timidosq; trucidat.  
 lucundum visu currit, rapiturq; Ioannes  
 De Burgo celeri in gyros stratagema cauto  
 Multos de populo braccato sternere tentat.

Grex noster modicus veluti si capreus unus  
A multis agitur canibus, veruntamen extra  
Sepius hostiles dentes se dexter abegit,  
Ille susq[ue] redi canibus ringentibus ora.

Mox acti in rabiem spirantes corde furorem  
Vindictâq[ue] graues, viduus armenta colonis  
Ad castra abducunt, frustâ renunce bubulco  
Hic macras rapiunt vaccas, illicq[ue] molossis  
Lanigeras abigunt cumulatim ture bidentes,  
Et stabulis collunt prestanti corpore tauros.  
Quæ vos satæ manent placidum pecus? aut quid iniqui  
Vos rapiunt, pleno quæ fertis in p[ro]bere nectar?  
Mollia quæ nobis vestris velamina lanis  
Prabetis, vitaq[ue] magis quam morte iuuatis?  
In promptu causa est, epule glutonibus estis.  
Quid meruere boues, animal sine fraude dolisq[ue]  
Innocuum, simplex, natum tolerare labores?  
In promptu causa est, epule glutonibus estis.  
Tot passim campus agitari armenta videbas,  
Quod non horrendum Tyberino gurgite monstrum  
Cacus in obscuro latitans mactauerat antro.  
Heu! dolor Heroum quantus pia pectora pressit.  
Nac ibi conficiunt? quis credis pectoris astus  
Surrexit, quando spoliari cuncta videbant,  
De quibus ante fuit vetitum vel ledere solum  
Vnguiculum? magnus certè dolor ossibus arsit.  
Vix questus tenuere suos, magnusq[ue] per artus  
Errabat sine voce furor, non posse grauabat  
Furatas hostis manibus saluare rapinas.

Nec tamen interea Gallorum si quis ad urbem  
 Proximatus, hoc noster sedato pectori miles  
 Passus, sed bombis horrendus fulminis instar,  
 Rancâ bombardâ plumbi ferâ spicula torquet,  
 Quelis hostes pereant, pugnasq; in morte relinquent.  
 Huius Dux Guebrian pertusus debuit omnem  
 Delectum peditum submittens, mœnia castri  
 Ut circumfoderent mandatur, & vndiq; multis  
 Mox subterrestres faciunt conamine fossas.  
 Illis sit durum corpus patiensq; laborum;  
 Nec sunt desidia molles, non otia tractant,  
 Sed dat iussa Comes, cunctos quoque peruigil virges  
 Militia socios, ut sit labor omnibus idem.  
 Ergo pares cœcis abstrusa cubilia talpis  
 Effodiunt, laniantq; immania viscera Terra,  
 Cui mox terriscis pandantur hiaticibus ora,  
 Non secus ac si quâ penitus vi terra dehincens  
 Infernas reseret sedes, & regna recludat  
 Pallida, Diis inuisa superq; immane barathrum  
 Cernatur, trepidentq; immisso lumine manes.  
 Tunc Siculis oris grandi perculta dolore  
 Continuisse ferunt laevata ligonibus ima  
 Pectora, & immensos grandi testasse boatu,  
 Quos patiebatur confosso in corde, dolores  
 Dyndimenen flauag; comas nudasse coronâ.  
 Dein vicinia struunt causa propugnacula firmâ  
 Aggeribus, tutoq; loco tormenta locantur.  
 E contra obsecrati, dum tanæa pericula cernunt,  
 Continuo vigilans operantes nocte diuq;  
 Pars contra insidias inimici mœnia firmane

Fasticulis, cauels alios pars magna Cuniclois  
 Obiiciunt latebris, pars cetera curribus adserit  
 Ligna, sinum, stramen, clausis fortissima muriis  
 Munimenta suis, ast densa obstacla globorum.  
 Sunt quoque succenso qui stramine nocte retulant  
 Excubis, si forte dolos hostilia tentent  
 Agmina, tela alijs fundunt, & fusa coaptant.  
 Sunt quoque qui lapides lati noctesq; diesq;  
 Incutunt hosti, propius qui mœnibus hære.  
 Nec tamen immensus validis labor arma laceris  
 Excusit, sed stricta tenent, ictusq; minantur.  
 At Carolus socios generosos sedulus urget,  
 Instigatq; viros, ut cunctos hostis iniqui  
 Conatus reprimant, conclusaq; mœnia saluent.  
 Tandem pertasi Guebrian, Tubadel, & audax  
 Rosa, Duces Terni Generales, mœnia mandant  
 Fulmineas tormentorum perfringere spheras.  
 Principium faciunt, Christus qua luce sepultus  
 Innocuas adiit sedes, secretaq; longo  
 Atria circuitu, sunt hic incendia nulla,  
 Nulli obsunt penitus flammis vtricibus ignes,  
 Vmbrarum sed iners requies, miseraq; tenebra  
 Insontes retinent animas, sed glandibus auræ  
 In vanum feriunt, nam quamvis mœnia frangant,  
 Hac ex parte tamen studio vancet inani  
 Hostilis rabies, etenim quassata ruebant  
 Ex qua parte globis repetitis mœnia, ciues  
 Opposuere graui factum cum pondere vallum,  
 Scilicet effosus glebis ac cespite mixtis  
 Ingens à nostris structus post mœnia mons eff

Militibus, quem non aries impellere scius,  
 Quemq; nec vlla queat perfringere machina bellis;  
 Ergo tenebrosus coeli qua parte redire  
 Vesperus assuevit, remouent tormenta, locantq;  
 Commodoire situ, qua parte flat imbrisfer Auster.  
 Lux sacra tunc aderat; qua non festiuor vllæ  
 Christiadæm populis toto celebratur in anno  
 Festa dies Pascha, qua tergere quisque fidelis  
 Antiquas anima maculas exomologèsi  
 Suevit, & oblatâ sese munire Synaxi,  
 Ut natis deuot a suis Ecclesia mandat.  
 Let a dies tori merito venerabilis orbi,  
 Qua requiescat humus, rastru requiescat arator,  
 Et solet assiduos quicunque subire labores,  
 Hacce die solum deberes dicere grates  
 Messia, quoniam pretiosa morte redemis  
 Damnatum mortale genus, victorq; triumphans  
 Tres saeuos magnâ fregit virtute tyrannos,  
 Peccatum nempe & rafrauen cum Demone Mundum.  
 Vera tamen remanent veteris prouerbia dicti,  
 Dæmon habet templum, vix Christus vile sacellum,  
 Quoque dicit melior, tanto Phlegetontius hostis  
 Infernas furias laxis magis urget habenis.  
 Huic par Dux Guebrian socios dum praesipit alman  
 Paschalem violare diem, variosque labores  
 Causat, ut oppidulum debellat, mœnia circum  
 Comportant fasces, curuisque ligonibus ima  
 Sub tellure vias sulcant, cautasq; cauernas,  
 In quibus intendunt obsessas fallere turmas  
 Aduoluunt alij texeos de vimine corbes,

Quos auersuros hostilia spicula glebis  
 Replent; à reliquis stellatis axibus agger  
 Erigitur, varieg, equantes moenia moles.  
 Omnes sacrilego Paschalia festa labore  
 Contaminant, saerag, pios violare dies  
 Gaudia Casareos vrgent, nam tempore sacro,  
 Quo placare Deum deuit, discurrere debent,  
 Ac clausos vigili muros custode cueri.  
 Nec tamen impediunt haec tant a pericula ciues,  
 Nou adeo nostros immanes hostis iniqui  
 Insidie terrent pugiles, quin vnus & alter  
 Ciuis seu miles venerans paschale tropheum  
 Audiret reuerenda sacra mysteria Missa.

Hicne fides vigeat, qua prisco condita seculo,  
 Quam Petrus & Paulus docuere, Pecriq, cathedra  
 Ultra sexcentos annos & mille reseruant  
 Hacne fides tantā quam cum pietate verendus  
 Inuxit Francis Germanus Episcopus oris?  
 Haec fides sacris quam baptismalibus vndis  
 Abrutus prime Gallorum Rex Clodoueus  
 Obscurat ut successores, seriq, nepotes  
 Contra barbariem defendant Hæreticorum?  
 O Romana fides non fidos fac rogo fidos!  
 O Germana fides! fac Gallos quasi fideles!  
 O Clodouea fides, tu semper vita, salus, spes!  
 Neu pia vita penete spesq, saluq, stat exul!  
 Neu Clodouea fides! quandam sic inclita solis  
 Parisijs seruata, at nunc peregrina remotis  
 Finibus in mundi misere diffusa pererrat,  
 Tesserum Imperium Romanum Francia turbans.

Hæreticusq; fouens furias, striensq; cruentem  
Chrœticolum varias, heu! te proscriptis in oras.  
Plura, sed hic prudens suadet requiescere Plato,  
Consultumq; putat calamo reticere retracto.

Dux tamen impatiens hesuri ad membra Martis,  
Vt pote cum socijs casso conamine fractus  
Octidui spatio, vocat ad responsa Sodales,  
Consiliumq; perit vafrum, technaq; dolosq;  
Quatenus Oppidulum Lechnich sub Gallica victum  
Iura trahat, tandem fecit hac sententia cunctis,  
Strato ponte iubet altam transcendere fossam.  
Ast ea nil misericordia prodest audacia Gallus,  
Tam fossam superare altam, quam scandere muros,  
Nec facile insiluisse fuit, nec stare in iniquo  
Aggere, precipiti quando esset ad omnia lapsu.  
Nam superextabant ab utraque crepidine fossa  
Asperitate sydes & acutæ fronde timenda,  
Quas magnas crassasq; suis vi grande locarant  
Presidium obfessi, quos curue nulla trahentum  
Vis superarit equum, sed tantum ponte locato,  
Si fossam transire queant, tentare licebat.  
Vincitur ergo mora, heu quantu est quod fata moratur?  
Quos miseri agricola pridem fecere labores  
Omnes vna dies perdit, tunc omnia late.  
Procumbunt nemora, & spolianter robore sylue,  
Lucu erat longo nunquam violatus ab eis,  
Obscurum cingens convexus æra rani,  
Et gelidas præbens submotis solibus umbras.  
Hanc iubet immisso sylua in procumbere ferro,  
Nam vicina operi, belloq; intacta priore

Inter nudatos stabat densissima montes.  
 Procumbunt orni, nodosa impellitur ilex,  
 Fagus densa comas, & fluctibus aprior alnus,  
 Et non plebeios luctus testata cypressus;  
 Tunc primum posuere comas, & fronte carentes  
 Admisere diem propulsaque robore denso  
 Sustinuit se sylva cadens gemuere Coloni,  
 Et misera obseSSI lignorum funera ciues.  
 Utque satis casum nemoris, quæsita per agros  
 Plaustra ferunt, curuoque soli cessantis aratro  
 Agricola raptis annum fleuere caballus.  
 His superimponunt constricti restibus arctos  
 Fasces, & nimium crudeli cade necant  
 Alnos, & steriles quercus, & catena ligna.  
 Hac alto fluida submergunt gurgite fossa.  
 Taliter attentant fabrefacto ponce per vndas  
 Oppidulum penetrare, truciisque domare tumultu.  
 At prius iratus Guebrian, spem & actus inanem,  
 ( Lux ea tunc aderat, cui baptismalibus vndis  
 Candida tintorum tribuit sua nomina vestis )  
 Vi rursus tormenta iubet sua fulmina mittant,  
 Ruptis Oppiduli spatiosa foramina muri  
 Perfringant, patuere brevi pro pluribus ampli  
 Curriculis aditus; omnis volat ordine iuncta  
 Galliea per campos legio, furibunda cruentos  
 Iam mox assultus factura furoris in yrbum.  
 Decidua rabido sudant de corpore guttas,  
 Tormentis simul explosis muralia quassant.  
 Intonuere poli, & crebris micat ignibue ether,  
 Cum terrore volant numero sine fineque glandes

Muris frage rutilo mixtus splendore tenebris,  
 Voluitur ater odor superas quoque sumus ad auræ  
 Euolit at ducens post se se vortice tardo  
 Nigrantes gyros, iterum fragor intonat ingens,  
 Ac magis horribili fremitus clangore resultat  
 Creber, opineris quod vi conuulsa repente  
 Ingens nutaret spatio si machina mundi.  
 Olli sublati circum clamoribus instant,  
 Latitiq; fremunt, animosq; ad sydera tollunt,  
 Haud secus ac anceps victoria parta fuisse.

Nunc ergo audacia referam certamina Martis,  
 Nam quæ sub rabido Guebrian Duce plurimo stabane  
 Millia Gallorum, membris animisq; parati  
 Pergere in aduersos muros, ubi facta potestas,  
 Estatione riunt respicrum more furentum,  
 Quas puer in triujs nidos atque antra tenentes  
 Sepè agitat petulans stimulis, aut forie viator  
 Impudens commouit, ab ipsis protinus antres  
 Turmatim stimulisq; riunt iraq; furentes,  
 Vrgentesq; hominem ferunt, & vulnera multo  
 Afficiunt, acta scetus communivit amore.  
 Tali tunc animo, tali tunc robore fulti  
 Galli in Cesareos tendunt, murosq; laceffunt,  
 Arma citi rapunt, nec sat rationis in armis,  
 Sed glomerare manus bello, & concurrere in urbem  
 Atroces ardente animi furor iraq; mentem  
 Precipitant factas subito penetrare lacunas.  
 In medijs nunquam caçulis orbat a leena  
 Sauior errauit campis, nec funera vulgo  
 Tam multa informes vrsi stragemq; dedere

Per syluges, cum scius aper, cum pessima tygris,  
Quam modo Cesareo miseri cum milite Galli  
Alterno misere se confecere duello.

Nec tamen his nostrum perterrita corda virorum.  
Sed qui quis nostro postremus de grege miles

Non minus est hostis tantas commotus ad iras,  
Quam lybicus densis Elephas oppressus ab armis.

Quando repercussum squalenti missile ferro

Frangit, & haerentes mortalia cute discutit umbras.

Martia corda vigent in nostro milite, pontem

Fulmineis spbaris, quas sulphure machina bellis

Impulit, hostilem quatunt, nec plumbea tela,

Haud unum contenta latus transire, quiescunt,

Sed pandunt per ligna vias, & viscera pontis

Dilaniant, supereft telis post vulnera cursus.

Ut saxum quoties ingenti verberis ictu

Excuditur, qualis rupes, quam vertice montis

Deicit impulsu ventorum adiuta perustas,

Frangit cuncta ruens, neve obvia corpora raneum

Examinit, rotos cum sanguine dissipat artus.

His tormentorum succedunt ictibus ura

Incensi pugiles, quo non audacia mentes

Commouet iratas renouant crudelia pontis

Vulnera, & euentunt laceratum falcibus yncis.

Interea Guebrian cernens per ferrea tela

Frangi pontis opus, patrio sermone sodales

Ad fera bella monet gemitu maiore dolorem

Testans: O Socy lacero succurrите pontis,

Tanta molis opus eruit, heu! succurrите pontis.

Ergo missa suis legio, que tentes liantes

Translacerum poneem subito transcendere muros.  
 Dum trepidat nullo firmatus robore miles,  
 Tolle moras, instat, nocuit differre paratu.  
 Cogitur ergo pauens legio transcendere pontem.  
 Sed veluti purum etia peruolat ethera nubes,  
 Quando mari seuos molitur Iupiter austros,  
 Sic fuga sit, pauidi Galli sic ponte relicto  
 Dispersi capere fuam, paucor omnibus ingens  
 Clamorem forcem expressit, volat ethere toto  
 Pulueris immensi nubes, quam cursus equorum  
 Et peditum tulerat, turpi tentoria cursu  
 Licta petunt, multis fossarum in mole relicto,  
 Quos vallum insuitos renuit: pars magna volentium  
 Effugere haud potuit, sed fossas morte replebant.  
 Hac strages hostes fregit, magnumq; timorem  
 Incusit, quare simulantes mente furorem  
 Vastras blanditias texunt, & poplite flexo  
 Subdola presentant obsecsis oscula pacis.

Ergo missus adest prece, qui pulsa fatigat  
 Tergora rauca boum, qui mœnia dedere mandas  
 Obsecsis, referens Gallorum hec dicta superbias:  
 Gallorum Illustris Guebrian Dux, strenuus Heros,  
 Vos sibi portarum iubet ilico pandere claustra.  
 Quidq; moras trahis? quenam dementia vestras  
 Mentes obfuscas? quid adhuc defendere vultis  
 Heu nimium temeris! tanta ad discrimina rerum  
 Perductum oppidulum, cuius muralia tristem  
 In cumulum prostrata iacent, renouandaq; pontis  
 Machina, & ingentes in muris vndiq; hiatus  
 In vietam lacos adiuta victoribus urbem

Prebent? queso viri fatuis desistite captis,  
 Et quæ vos pietas manet & clementia Magni  
 Inuictiq; Ducis, stultis ne remnire factis.  
 Sin minus, & fatua fixa est sententia mentis,  
 Spernere iussa Ducis, nec victum dedere pagum,  
 Prospicite hos latè campos, quantaq; phalanges  
 Spirantes iras hec diruta mænia cingant.  
 Nil nisi iussa Ducis cupiunt, quæis scandere pontem,  
 Et laceros armis iubeat perfringere muros.  
 Stant omnes audi, flagrantq; cupidine preda,  
 Quicquid habet viuens calida spiracula vita,  
 Nobilitas cum plebe cadet, græssabitur ensis  
 Strictus, & à nullo reuocandum est pectore ferrum,  
 Sanguis inundabit templis, multaq; rubebunt  
 Cade omnes platea, nulli sua proderit etas,  
 Non senie extremos acies pudibunda timebit  
 Præcipitare dies, nec primo in limine vita  
 Insantis miseri nascentia rumpere fata.  
 Exanimare ferros possent hac verba Gigantes,  
 Ipse nec Amphitryoniades, qui sustulit orbis  
 Immensam molem, caput insuperabile bello,  
 Imo nec auditus isti terroribus Heros  
 AEacides clarum genus & tutela Pelasgi  
 Nominis in propria constans virtute steriles.

His tamen auditio Heroum sortia bello  
 Pectora, Kipshofen, Gopp, Delliger atque Tibani  
 Sax & de Burgo validis uno ore vici sibi  
 Hortantur se se ac animant in prælia dictis:  
 O socij nunc este viri, nunc iustus in hostem  
 Vos stimulet dolor, ira animos nunc excitet acres,

Vincinos pudeat, nam quos pudor armat in hostem  
 Saluantur plures, quam qui f. gêre, nec ullum  
 Aut animi decus est, aut gloria dedere muros.  
 Pergite Magnanimi, Gallos audete timentes  
 Vincere, quod si quis nostrum quoque sorte maligna  
 Occidat, occiderit, res est pulcherrima mortem  
 Pro patria oppetere, & saluos prestare Penates,  
 Coniugia, infantes, patriam, dulcesq; parentes  
 Morte sua, qua nos tandem resecabit adunca  
 Falce renitentes, omnes sua fatis manebunt.  
 Talibus accensa mentes & pectora dictis  
 Vnanimes veriere oculos, iuuenisq; trementis  
 Intuiti faciem, simul vna voce ferenda  
 Hec dubio comiti Guebrian responsa dedere:  
 Aspice progenitos generosa sanguine Martes,  
 Ensumus intrepidi, nec ludicra verba timemus,  
 Noueisq; Guebrian moueat fera pralia verbis,  
 Non sic Lechniacos capiet, maiore cruento  
 Hic opus est, laceros tentet perfringere muros,  
 Nil profecturum conetur scandere pontem,  
 Inueniet nos esse viros, nec verba timere.  
 Letitia tamen haud modicâ precordia spirant,  
 Quod vicum exiguum celebres tres Archistratego  
 Egregijs, Duces post gesta tot inclita bella  
 Hactenus inuictis dignentur cingere castris,  
 Et non exigua nobis sors misericans am  
 Quâ pateant nostra vices, inuictâq; virtus.  
 Hoc pago iuuenus refer haud habitare colonos,  
 Sed comiti Guebrian sinceros corde feroce  
 Occurrent pugiles, qui bello & pace fideles

Casaris imperium, commissaq; castra tueri  
 Constantes remanent, quibus haud obliuia tollens  
 Promissa lethaa fidem, nec Principis arcem  
 Vastandam tradent malefidi bestibus armis;  
 Sed prius has animas vacuas reddemus in auris,  
 Et prius has frontes truncu præcindere collo  
 Nostrum quisque feret; sic stat, fixumq; manebit.

Hac ubi præto tulit Comiti responsa fero*cis*  
 Amplius effeber, clausi sub pectore crescunt  
 Irarum fluctus, totoq; ardenti ab ore  
 Scintille absunt, oculi micat acribus ignis.  
 Haud secus ac magno cum virgea flamma sonore  
 Suggeritur calidio costis vndantis aheni,  
 Exultant astu latices furit incus aquæ rie,  
 Et fumans altè spumis exuberat amnis,  
 Nec iam se capit vnda, vapor volat ater ad auras.  
 Sic quoque Dux animum nunc huc, nunc diuidit illuc,  
 In partesq; rapit varias, perq; omnia versat.  
 Mox magis horrifono mandat tormenta boatis  
 Perturbare hostes, fragilesq; lacerare muros.  
 Terra polusq; crepat, stupor ah! ceu cuncta debiscant,  
 Tela sed iratu mil proficiencia iactat,  
 Perditur iste labor furioso puluere sparso.  
 Quid miser in vanis torries tormenta fatigari?  
 Define queso Comes, nec enim deuincere summum  
 Cælorum Dominum poteris, quid pergis iniuste  
 Moliri sehnas? cito, mihi credere, tenella  
 Opprimet agna lupum, terrebis dama leonem,  
 Et rabidi sicut ceruarum preda molossi,  
 Quam siant Galli has oppida præda cæseris?

Non enim Superū mortales bella mouere  
 Fas est, quisue putet denunci mœnia posse.  
 Quēs volet omnipotens forti succurrere dextrā?  
 En Deus exiguae pugnat pro mœnibus urbis,  
 Nam licet horribili plus quam quingenta relaxet  
 In pagum tormenta sonno, mirabile dictu!  
 Attamen haud ullum obſeſſus læſere capillum:  
 Hoc meruere preces & vota piissime Princeps,  
 Queis supplex tendens iunctas ad sidera palmas  
 Offensi iusta placasti Numinis iras  
 Haud secus ac quondam cornutā fronte ſtupendus  
 Amramides, dum monte ſedens, & ad aſtra lacertos  
 Extendit, geminatq; preces, pia brachia fultus  
 Longis fessa moris Hur ac Aarone verendis  
 Presbyteris Amalec Iosue pugnante fugauit:  
 Sic ingens pietas (liceat mihi vera fateri)  
 Sic tua supplicibus feruens oratio stillis  
 O ſacer Antifites, nec non quas ordine longo  
 Te mandante preces per ſingula templa frequentas  
 Turba Sacerdotum, gens sancta, Deoq; dicata,  
 Partheniq; chorii, ſponſaq; ſuauis Iēſu,  
 Atque cuculligeri detonſo vertice Patres,  
 (Queis velut Amramida tua brachia fessa quiescunt  
 O accus, as ingens Vbiorum gloria Praeſul)  
 Tam magna obſeſſus meruerunt robora muris,  
 Ut tria crudelis ſuperārint agmina gentis.  
 Quid vero faceret patria trux iſle tyranus?  
 An fugiens linquet pagum (ſic dixerat) ac ſe  
 Virtutem non poſſet, paucō qu: tempore terrae  
 Subiugere haec potuit? prō quanti cauſa doloris?

Ergo

Ergo votat rursus Dominos, quies gloria magna est  
 In longis braccis, in gestibus atque galeris,  
 Consiliumq; dari melius petit annus Heros,  
 Quoque modo fessis valeat succurrere rebus.  
 Ingenium & ratio vario dictamine dudum  
 Sudare, atque Duces nullus dicta probabant.  
 Ecce tibi tandem prodi: quem vincere cunctos  
 Calliditate putes, Ducibus qui talia suader.  
 Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant.

Magnanimi Proceres, iniqui gloria Regis  
 Gallorum, quae sit nostrae sententia mentis,  
 Et quod consilium dabimus, facili aure notare.  
 Attamen o Socij, quies bello maxima virtus  
 Ante alios sari meritos concessit honores,  
 Vos precor, a vestris leuiter discedere dictis,  
 Si qua foret, tenui faciles ignos. ite culpa.  
 Sunt quibus, heu nimium turpi formidine fracti?  
 Palpitat attonitum pectus, cor deficit amens,  
 His visum fuerat cinctos relinquare muros,  
 Finitimisq; plagiis crebras subducere pradas.  
 Vos appello Duces, an non hoc oblit honoris  
 Vestro consilium? nunquid non dedecit in gens  
 Inducet titulus maculosa infamia nostris?  
 Num paucor Imperij triplex exercitus istud  
 Deseret oppidulum? Rheni superauimus undas,  
 Victoria et Kempenia, iugo sunt colla coacti  
 Subdere Nouesij, tot fortia regna, tot urbes  
 Gallorum imperio nostris subiecimus armis,  
 Et modo nos vincent stupidi pauciq; Colonis?  
 Vos ego per Regis Ludouici adiuro salutem,

Et per sceptra precor, tremebundi turpia ineris  
 Ne date terga fuga, fidam nec inurite vestram  
 Virtuti maculam, sed fama digna priore  
 Magnanimi fortisq; viri nunc edite gestas.  
 Res alijs magno visa est statuta labore,  
 Aggere diuersos vasto committere colles,  
 Extrudere immanes scopulos, opponere sylvas,  
 Ut dens securos somnos, tentoria firmis  
 Amplexi foasis, densas tollentia pinnas  
 Cespitibus, crudaq; attollere brachia terrae.  
 His paucas suadent tuto latitas e cohoret,  
 Nec fessos ultra tormenta lacestere muros,  
 Nec miseram laceri pontis renouare ruinare,  
 Sed magis obfessos lento consumere bello,  
 Ut stimulante fame, altiq; voragine ventris  
 In rabiem versi, quos non clementia nostris  
 Subdidit imperijs, hos desperatio sponte  
 Oppiduli cogat deuictos dedere muros.  
 At reliquias acies, nostriq; exercitus ingens  
 Robur Agrippinos nostro rumore trementes,  
 Donec adhuc ciues animis discordibus ardent,  
 Obsidione grani statuunt circum dare muros.  
 Hec fateor dubiam mihi traxit opinio mentens,  
 Ac illi cuperem totis accedere votis;  
 Sed Bauara gentes, aduentantesq; phalanges  
 Cesaris impediunt, qua iunctis puppibus altis  
 Pertransire parent stagnantia flumina Rheni,  
 Neve moras subeunt hac tanta pericula longas:  
 Hinc mihi fert animus meliorem sternere ponem,  
 Et rursus Martis vires tentare, per alcas

Quilibet aufugiens evadere toxica plumbi  
 Festinat, sed ad socios in tutu recepit.  
 Errans per montis veluti salebrosa viator  
 Si casu vident per gramina forte draconem  
 Nellantem siodos, sed in sua membra plicantem,  
 Tollentemq; iras, & cœrula colla tumentem,  
 Horrescit quam sit crictis præsignis & auro,  
 Tresq; micent oculi, sinueteq; volumine terga,  
 Tresq; fremant lingua, tripli stent ordine dentes,  
 Attonitum trepido gelida formidine pectus  
 Palpitat, atque pedem retro celer inde reflectit:  
 Sic Galli quâ quemq; fugæ spatiuumve, locu ve  
 Abstulit, effugiunt, & per declivia fossæ,  
 Per vallum, per saxa ruunt mortemq; relinquent.

Ast mox indomitus Gallis dolor excitat iras,  
 Et pudor à turpore uocabat inertia obortus  
 Terga fugâ, celeri Guebrian Comes ipse caballo  
 Desilijt, socij manu, quam forte gerebat,  
 Eripiens hastam, socios cogebat ad armas.  
 Tum conuersi animi Gallorum, rursus in hostem  
 Totâ ferebantur glomeratis agmina sig.,  
 Et pleno iam Marte ruunt, tormentaq; laxant  
 In scissos muros multo crudelius, atque  
 Trux veluti pleno lupus insidiatus ouili,  
 Cum fremuit ad caulas ventos perpessus & imbræ  
 Nocte super mediâ tuti sub matribus agni  
 Balatum exercent, ille asper & improbus ita  
 Sæuit in absentes, collecta fatigat edendi  
 Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces.  
 Haud aliter Guebrian muros & oastrâ tueri

Ignescunt ire, & duris dolor ossibus arde.  
 Iamque lacebant muros tormenta resumptis  
 Viribus alternis, densa compage soluta  
 Perfringunt lateres, figentia grata viciissim  
 Oscula ab alterno complexu saxa reuellunt,  
 Nudatoque loco, muriq; in parte ruina  
 Prostrata, ut multis aditus per aperta pateret  
 Rudera coniunctis bijugis, tunc ergo repente  
 Plurima per patulos murorum millia hiatus  
 Ac equitum peditumque rhunt, pradaque cupido  
 Anticipare iubet socios, cum mellea castra,  
 Dum dimissa fauis per Hymettia rura feruntur,  
 Erumpunt, cunctisq; prior volat aggere aperto  
 Quidam Dux belli fortis, quatit aura comantes  
 Cassidis auricomis cristas, humeroque refulget  
 Sanguinei patrium saguli decus, agmina magno  
 Respiciens clamore vocat, validaque profatur:  
 Huc agite, huc properate viri, violenter in hostem  
 Irruite, & muros perfringite, rumpite ferro  
 Claustra, parate viam, victimum succendite pagum.  
 Talibus hortantem, cuncti qui verba loquentis  
 Audierant, sed & audierant quicunque sub armis  
 Herebant Galli, simili feritate secuti,  
 Condensi inuadunt urbem, pars lata per altos  
 Conscendit muros, pars mænibus intrat apertis.  
 Sed lusit fortuna Ducem, dum victor ouare  
 Crediderat, virosque ferox in busta Penates  
 Vertere, & incensam sperat popularierr urbem,  
 Surgebat cumulo certanum prorutus ager.  
 Obstatabatque iacens vallum, ne protinus instet.

Hoc sibi Casarei ces propugnacula grāndē  
 Crāstine latis mūri obiecēre ruinis  
 Hoc veluti scutis hostiā spicula clausi  
 Vitabant, patrō pāssim sermōne vocabāte  
 Obſeſſi cauſas ouium, munimēta forſan  
 Dixiſſent melius, quēns refrānetur ouili  
 Martiū iſte lupus, clausos ne deuoret agnos,  
 Hoc viſo Dux iſte ferox vertigine tactus  
 Mox vertit gressus, ſed Delliger ultima glande  
 Terga viri (fugiabat enim) ſic perculit ipſum  
 Circa humerū, ut grāſans medio de pectore ſphāra  
 Exierit, ſociumq; Ducis, vitare volentem  
 Tela retro Dominiū, curſu penetrārit eodem.  
 Ingenti ſonitu ille cadens, in pectora pronus  
 Corruit, ac tepidi ſoluuntur corporis artus,  
 Ferreus & claudit morientia lumina ſomnus.  
 Viſā morte Ducis ſocij terrore trementes  
 Abſcēſſere retro, panidiq; in terga relatos  
 Abduxēre gradus; ut latus valle remotā  
 Cum leporem venator agit, feſſumq; propinquo  
 Inſequitur curſu, & ſperat iam tangere dextrā.  
 Si ferus aduertoſ ſubitum ſe protulit antro,  
 Et ſterit ante oculos frendens leo, deſerit vna  
 Et color, atque metu ſalientia pectora ſanguis,  
 Nec iam ſperatē cura eſt in pectore p̄dā:  
 Sic Galli dant terga fugae, muriq; relictis  
 Caſtra petunt, ſeſeq; intra tentoria condunt.  
 Nempe ouibus ſua bilis eſt, & dura bidentes  
 Frontibus hiſ caulis latitantes cornua geſtant.

Interea reliquias divisi in ordine turmas  
 Guebrian, & plenum campo stetit agmen aperto  
 Directeque acies, ac latè fluctuat omnis  
 Aere residenti tellus, infestaque telus  
 Tela repercussis resonabant ictibus, hastis  
 Hastæ insultantes, ac armis arma viciissimi  
 Herebant condensa, viro vir, pes pede pressus  
 Armaque multiplici longo clangore tonabant.  
 Fraudibus armatis repetitis ictibus instat  
 Confractis muris, veluti per maxima plenis  
 Ruder a murorum signis ruiturus in urbem.  
 Sic vafer assidue diuexat fraude pusillum,  
 Eneruatque gregem, cui pridem nocte dieque  
 Strenua pugnanti flaccebat corpore virtus.  
 Attamen obsecsti duri in certamina Martis  
 Impavidis ibant animis, cogentibus ipsos  
 Casibus extremis defendere ab hoste furente  
 Pignora & uxores, charosque à morte parentes.  
 Hinc rabidos resonante cauam iaculantur in hostem.  
 Bombardæ globulos, ut teter fumus in auras  
 Euolitans adeò vultus nigredine pinxit,  
 Ut non Germano quo degimus, et here natos.  
 Sed magis Aethiopes aut Afros esse putares,  
 At veluti quandam nucis argentea pennis  
 Ales, ut aquaret totas sine labe columbas,  
 Nec seruaturis vigili Capitolia voce  
 Cederet anseribus, nec amanti flumina Cygno  
 Corus, Dum turpes Phœbo detexit amores  
 Linguæ damna ferens migras est versus in alas.  
 Nec secus as AEtna seuum sumante camino

(Hie.

Hic presso mons igne tonat, claususq; laborat  
 Mulciber, obducti nequeunt exire vapores,  
 Et semper strident admisso sulphure rami)  
 Ut Brontes, Steropesq; & nudis membra Pyracmon,  
 Viginti magnis conflassent follibus auris,  
 Incudisq; graui sueuissent mole domare  
 AEs graue & inuictum chalyzem, flauentiq; auris  
 Pondera, & argenti massas, ac arma Deorum:  
 Sic nostri Heroes nigratus vultibus horrent,  
 Sic quasi continuo nitrosi pulueris vsu  
 Qui color albus erat, nunc est contrarius albo,  
 Sic iugiter bombarda tonans, quem sparserat, airo  
 Fumo omnes oculis facie, manibusq; nigrescunt.  
 Concertant utrimq; leui velut atthere venti  
 Praelia commiscent animis ac viribus equis  
 Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit.  
 Ut quondam Troiana acies, aciesq; Latinæ  
 Sic sese alternâ furibundi clade laceffunt.  
 Rauca nec exiguo tormenta volubilis hora  
 Tempore terribili sinerent requiescere fauce,  
 Bombardæq; replent adeo mugibibus auris,  
 Vi cum fulminibus permixta tonitrua mundum  
 Terrificant, summiq; labat domus alta tonantis.  
 Pugnat nuda manus, pauca sine vulnere male,  
 Vix cuiquam aut nulli toto certamine cuncta  
 Integra membra manent, sed nostra per agmina vultus  
 Sanguinei, laceræ facies, & hiantia ruptis  
 Ora genis, causat Mosquettæ plurimus vsus  
 Vulnera seuæ, sed his lati se ludere credunt,  
 Sic iuxta murorum ingentia ruderæ passim

Ingentes fuso manabant sanguine rius.  
 Plurima sic crescens miscebat corpora strages  
 Obsessis Gallisq; cadentibus vndique, ab ortu  
 Solis ad occasum alternis errabat in armis  
 Mars Iubius, totoq; die victoria cursu  
 Stabat in ancipi, nec cui Bellona fauebat.  
 Constat, an ob'essis arriserit, anve cateruis  
 Commiserans Gallis suspendent atra sororum  
 Stamina, seu tantisper incutabile fatum  
 Distulerit, decreta diu victoria cedar  
 Ne prius ob'essus, & Gallos clade statuta  
 Ne citius victos probrum immortale notaret.

Non tamen his animi Nostris cecidere maniplis,  
 In grege permodicō respectu roboris hostis  
 Martia corda vigent, nullam metuentia sortem,  
 Stant veluti rupes firmi, constanter adheret  
 Quisque loco fixus, licei vnu ab ante sodalis  
 Corruat, aut retro certa cum vulnere mortis.  
 Abiectis vigilant clypeis, manicisq; retractis  
 Tam versant agiles, onerantq; sclopeta nitroso  
 Puluere, quam velox emissā sagitta per auras  
 Transvolat in metam, vel quam cito miluus adunco  
 Accipiterve solei rostro violare columbas.  
 Nulla quies, nullusq; modus, sed semper in armis  
 Exultant hilares, tanquam coniuia curent,  
 Nec magis in tantis metuent terroribus hostis,  
 Quam si nutritrent lautis sua corpora mensis,  
 In quibus appositi i prandentum pectora missua  
 Sollicitant, dubiasq; trahunt in fercula mentes,  
 Hinc assopiscet, ast hinc quoque mandere vellente

Semesum leporem, aut aliquid de clunibus apri,  
 Viscera tosta bonum, vel mensa grata secunda  
 Dona fauos mellis, vel suave rubentia mala.  
 Excipiunt adeo leti crudele frementes  
 Quos edunt tormenta immane tonantia bombos,  
 Quam Bacchus vacuat carchesia plena falerno.  
 Non miser in stygijs aidè mage Tantalus vndis  
 Quarit aquas in aquis, & poma fugacia capit,  
 Quin magis obsecsti sitiant fera pralia, & ipsa  
 Crescas cæde furor, fusus crux arma ministree.  
 Nec sibi, quod pincerna Deum venerabilis Hebe  
 Fudit o doriferum nectar crateribus aureis,  
 Iupiter omnipotens & cetera turba Deorum  
 Ordine perpetuo cupido magis ore propinat,  
 Immò nec Ambrosia cibus immortalia Diuum  
 Mellifluus gustu maiori guttura replet,  
 Quantum Casareus miles certamina gaudee  
 Cum Gallis miscere; reverberat vndiq; cælum  
 Tales ex imo depromptas pectore vocis:  
 Huc ades, Huc adsis braccata gloria gentis,  
 Protensa bracas nostro resecabimus ense,  
 Ergo venite vocant itidem, vos culter acutus.  
 Et bene qua scindat sorfex exspectat, adeste  
 Bracci Domini, caligas portate iocose  
 Ardua pyramidis referentes culmina bina,  
 More reformatas Germano. talia fannus  
 Ingeminant contra Gallos, quin pinguis porci.  
 Frusta saginati, turpi de clune recisas  
 Pernas, ac rauci spumantes pectoris armos,  
 Obijcunt oculis sublatius eminus hastis.

Sunt quoque qui mollis rituli fœtiq; iuuenci  
 Ac ouis annicula partim feruentibus vndis  
 Mollitos artus, partim quos torruit ignis  
 Subiectus supra circumdata mœnia pandunt.  
 Ridiculis voces iungunt alrosq; cachinnos  
 Nutibus, ac simili campus clamore resultat:  
 Seminecres Galli cuius vas truculenta tyrannis  
 Dira famæ stimulat? ventris cur saua vorago  
 Deficiente cibo, nimis hei deformiter! altas  
 Distendit bracca? ut quid labra pallida acutæ  
 Defendant barbas, refociles corda ciborum  
 Languida mellifluus sapor, an forte palato  
 Conueniat, gustate, solent depellere tales  
 Isti pastilli morbos, ac sepè probatum est  
 Isti curari capitù vertigine tactos.  
 Hi quoque sunt stoneachi male sanj certa medela,  
 Hos ego quas Venetis diues mercator ab oris  
 Afferr, illustris vel Francofordia mittit  
 Credo salutiferas longè superare tabellas.  
 Vtq; magis vacuos Gallorum turpus orexis  
 Exstinctolet ventres, aranti stramine pellis  
 Examinit farcitur ouis, sic amula vine  
 Fraus hac stabat ouis, quod, si immota fecisset,  
 Viuere iurasse, quod si quoque misera bidentum  
 Ipsa foret gregibus, dum per ridens prata  
 Pascua lata petunt, curvitas si forsitan inermes  
 Vicino erumpens saltu lupus ore rapaci  
 Inuolat, hanc vanâ delusus imagine præda  
 Intactis alijs posset laniare cruento  
 Rictu, si tepidus madidaret gutturas sanguinis

Hoc animal supra murorum culmina stetum  
 Constituunt, ac tali hostes clamore facessunt:  
 Tot gregibus replet a scatent hac clausa bidentum  
 Mœnia, quod sit opus præruptis paciere muri,  
 Nam nostri nouere greges descendere duras  
 Non dubio gressu rupes, ceu Dama leonum  
 Si quando sevis resonare rugitibus antra  
 Audierit, cornu se se suspendit adunco  
 Rupibus ex altis, quibus ingens Caucasus horret.  
 His irritabant pedites equitesq; eachinnis  
 Hostiles animos, quin cum funesta fremebant  
 Maiori tormenta sono, modulantur amena  
 Cantica, ceu moriens canit exequalia Cygnus,  
 Quin etiam gaudens quatitur pede præpede cellus  
 Ad numeros dulcis cythara, passimq; choreis  
 Indulget vigilum leuitibus permixta corona  
 Virginibus, resonante tibicine tympana misso,  
 Latus & auditur concentus in arce tubarum;  
 Nec quasi diligere vallati robore gentis  
 Tristes versabant imo sub pectora curas,  
 Sed sic exultant, & mollis in urbe iuuentus  
 Talia commissis edit spectacula ludis,  
 Ac si iucundi celebrent Hymenæia sponsi.  
 Verum præ faciis ingeniora gaudia spirant  
 Inuicti Proceres, animisq; ingentibus addunc  
 Maiores animos, omnes iuicta laborum  
 Dum superare videns sociorum pectora curas,  
 Nec tamen usque adeo ludos sectantur inanes,  
 Quin non quas muri fallaces Gallica fraudes  
 Castra parent, iugiter prudenti mente notareus.

Cornua iam luna pleno semel orbe coiffent,  
 Si vice septenâ rutilanti fratre retruso  
 Aurea regnasset tacitam Dictinna per Arcton,  
 Interea miles clausus persepe repulsis  
 Liligeris turmu urbem victore referuat  
 Marte sed ut didicit quod tertia machina pontis  
 Terga premenda daret, patulunq; minetur in urbem  
 Ciubus ingressum, prefago lumine vident,  
 Quos furor hostilis rabiosos vergat in astus,  
 Scilicet incursum duplice per aperta feroces  
 Rudera partitu cuneis tentare triumphos.  
 Delliger ergo sagax castri prudenter in aquam  
 Cum socijs pendens vrgentia fata bilancem,  
 Aduersis tacitus motu aduersa reuoluit,  
 Et dubio versans animo deliberat, vtrum  
 Expediat paucos partiri in frusta maniplos.  
 Ac tuto subter firmissima valla latentes,  
 Ut prius, hostiles aduerso pectore rbiq;  
 Excipere incursus, ac tela rependere telis,  
 Ac Martis dubia sese committere sorti.  
 Sic contra Gallos nunquam placabilis ira  
 Suaserat, & visa est res digna prioribus actis;  
 Sed magis anticipites reservans prudentia casus  
 Iusseras oppositum; hisc potior sententia visa est  
 Cedere fortuna, vacuumq; relinquere duris  
 Oppidulum fatis (nec enim sua fata morari  
 Iupiter ipse potest) nihilq; referre putabane  
 Linquere, quas ades creber vastauerat ignis,  
 Ac hosti nocimenta magis quam commoda ferrente,  
 Vesananq; nimis misero se sponte negare

Interitu, vanamq; putant sine viribus iram:  
 Obsessio etenim Ducibus spes nulla manebat,  
 Quod modico certu per plurima rudera muri.  
 Innumeras hostis possent auertere turmas.  
 Vndiq; nam coeum collecta plurima gentis  
 Millia diligere, varijs incursibus urbem  
 Aggressura furunt, & clausis dira minatur  
 Exitium fortuna viris, maiorq; secutus  
 Mox timor aduersam sortem, ne forsitan astu  
 Hostis praeuenti, post perdita mœnia vici  
 Ad castrum tutò celeres remeare nequirent,  
 Deuictisq; viris nullum restaret asylum.

Hinc vbi nox fuscis tellurem amplectitur alis,  
 Ac erat v̄ terras animalia fessa per omnes  
 Alituum pecudumq; genus sopor altus haberet,  
 Missus præco volat tristis per cornita vici  
 Raucus era sonis inflans, & voce sonorâ  
 Promulgat mandata Ducum, vicinaq; muri.  
 Ferrea qua nentes statuerunt fata sorores,  
 Intimat, ac primò latè circummeat omnes  
 Murorum ambages, & quos inuenit in armis  
 Excubias vigiles noctu alternare maniplôs,  
 Talibus alloquitur: Generosi Martis alumni  
 Ne qua iussa Ducum referam, fortissima turbene  
 Pectora, fortuna nullos trepidantia casus,  
 Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.  
 Ne desperatos vlera defendere muros  
 Sollicitus vos cogat amor, nec rudera vallis  
 Obiectis vano frustra renouare labore:  
 Sed prius atque novo gracieq; nitidissima vultus

Lumine perlustrans terras aurora reuifat,  
 Tertia cum misericordia mortalibus insonat hora,  
 Et iam solis auis geminata voce propinquos  
 Alipedes praesagit equos, plaususq; iacentes  
 Excitat: an illas positaq; resumere curas  
 Admonet, in castri celeres migrabitis arcem.  
 Quare si quid erit charum, primitice, fidem  
 Coniugii, socias, proles, charosq; parentes.  
 Sic Procerum mandata iubent, sic fatigata tulerunt.  
 Post remeans eadem fessis fert tristia iussa  
 Ciuibus, ac semper variis & mutabilis vulgus  
 Transmigrare iubet, viduisq; recedere tectis.  
 Heu! quid tunctu animi misericordia fuit? anne quod agnac  
 Si qua lupos audit circum stabula alta frementes?  
 Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit  
 Ora canum, nullos audet dare corpore motus?  
 His verbis auditis, quantus in ossibus horror?  
 Quisve per ora color qualis cum ceruia cruentis  
 Circumuenta vrysis, nullum cui pectore molli  
 Robur, & in volucris tenuis fiducia cursu  
 Precipitat suspensa fugam, iam iamq; tenere  
 Credit, & elusos audit concurrere motus.  
 Occupat obsecros sudor gelidissimus artus,  
 Ceruleaq; cadunt toto de corpore guttae,  
 In vultu color est sine sanguine, lumina maestis  
 Stant immota genis, nihil est in imagine viuum.  
 Ipsa quoque interius cum duro lingua palato  
 Congelat, & vena desistunt posse moueri,  
 Nec flecti ceruix, nec brachia reddere motus,  
 Nec pes ire potest. Sed mox assumere vires.

Cogunt,

Cogunt, quos muris hostes instare putabant.  
 Hinc veluti tota dementes nocte ruebant,  
 Nunc huc nunc illuc, & mens stupefacta pavorem  
 Indicat in vultu; sensus obiecta movebant  
 Quæque suos, oculi profuso rore rigebant,  
 Obiectum cupidos laudebat nobile visus,  
 Et puer in cunis recubans vagitibus aures  
 Replet, at attritus properans pes forte lapillo,  
 Aut dum per densas tenebras sine luce cubilis  
 Ostia nota petunt, caput illisere repente  
 Parietibus, magno passim sensere dolores.  
 Hic animus variâ confusus imagine rerum  
 Plurima dum citius disponit mittere in arcem;  
 Mox eadem veluti lethæas hauserit undas  
 Exciderant stabant tanquam firmissima cautes  
 Immoti, sine voce tremunt, prebiq; sub imis  
 Testantes gemitus terrorē fauicibus harent.  
 Discurrunt passim per mixto milite ciues  
 Cum famulis Domine, charo cum pignore matres,  
 Quilibet accelerat meliora cubilia castri  
 Præripere, & pecudes mage conuententè locare  
 Præsepi, & passim properant animalia ad arcem.  
 Hic armenta boum veniunt, mixtiq; vicissim  
 Inuadunt torui non cornua cognita tauri,  
 Ac inter se se multâ vi prælia miscent,  
 Cornuaque obnixi infigunt, & sanguine largo  
 Colla armosq; lauant, sonituq; vrbs tota remugit.  
 Ast hinc lentigradis miseranda fortis aselli  
 Passibus incedunt, nec proxima fata trementes  
 Accelerant, tardè sed stercent inter eundum,

Obstupefiant tamē voces testantur hiulce  
 Ac inconditæ, rauco quas ore romebant,  
 Quarentes etiam mœstis balatibus agnos,  
 Quos gregibus simplex alienis abstulit error,  
 Velligeri venere greges, & pastor amaras  
 Sollicitus rixas alternaq; uirgina miscet  
 Pro grege quisque suo, properabant inde lutoſe  
 Setigeraq; sues, vacuo que ventre laceſſunt  
 Exſumulante fame longis grunniſibus aurās.  
 Hinc celeres famula canreas in vertice geſtant,  
 Claudicur his coniux cristati ſexū mariti,  
 Vecibus hac crebris glociens ſingultat acutis.  
 At vir formosus, cui vertice purpurat alto  
 Faſtigatus apex, dulciq; errore coruſca  
 Splendescunt ceruice iuba, perq; aurea colla  
 Perg; humeros it pulcher honor, nunc nubila viſu  
 Explorat cauto, clarâ nunc voce protellas  
 Prædictit, vigiliq; citat Titana canore.  
 Sic resonat trifti arx pecudumq; hominumq; tumultu,  
 Ac Velut optat à ventis eſtate coortis  
 Si quando immittit, diſpersa incendia miles  
 A Edibus, incensis tectis extenditur vna  
 Horrida per cunctos acies vulcania muros,  
 Omnia feſtant ſubite, ſubducere flammæ  
 Ornamenta domus, imisq; abſconſa latebris  
 Prodit gaza, ſolo fului viſ vasta metalli  
 Eruuit loculosq; replet rubigine demptâ.  
 Sic triftes paſsim preſioſi quicquid habebant  
 A Edibus eiſeſt, conuafantq; omnia ciues,  
 Fumans nudatur larido nigrante caminus,

Ingenti relevant Cereris granaria mole,  
 Missa volant fragilesq; cadi, curuiq; lebetes,  
 Euacuant vino caueas, mæstisq; rapetes  
 Parietibus tollunt, as sola relinquitur adum  
 Machina, quam lugent castro non posse recondi.  
 Hec confusarum rerum noua forma stuporis,  
 Concursus strepitusq; hominum pecorumq; tumultus  
 Auribus auditum rapiunt, vix verba sodalis  
 Percipit astantis socius, varijs garrisibus auras  
 Fœmineus sexus transuerberat, illa maritum,  
 Hac queritur sobolem, lictos gemit ista Penates.

Temporis ast postquam pede meia statuta fugaci  
 Venerat, & vitreâ iam primum terra priuina  
 Spargitur, & viridi volucres sub fionde queruntur,  
 Iamq; rubescerebat radijs mare, & attere ab alto  
 Aurora in roseis fulgebat lucea bigis,  
 Illico sub Ducibus congesta per agmina stabant  
 Quæque suis, equitem turma, peditumq; cohortes,  
 Migrant ad castrum, & taciti velocibus ibant  
 Passibus, ingentem spirantes mentibus iram,  
 Non resonant litui, non cornua rauca queruntur,  
 Nec tuba terribilem sonitum procul are canoro  
 Increpat, haud cantu Mauors succenditur atrox,  
 Nec fremuere fero Cybelæa tympana pulsu.  
 Nec sueros bombarda sonos emittere tentat.  
 Haud secus ac tendens longinquas fortè per Alpes  
 Italiam versus tremebundus membra viator,  
 Si forsan timeat sylvis latitare latrones,  
 Sollicitus sine voce viam rimatur, & omnem  
 Deuitat strepitum, offensus ne forte lapillo

Pesonet, aut etiam latâ que fronte viarum  
Strata tegunt, folijs motis immugiat aer:  
Sic quoque linquentes mœrentia mœniatur me  
Intendunt tacito discessu fallere Gallos.

Interē frenidens scisso discordia crine  
Extulit ad superos stygium caput, huius in ore  
Concretus sanguis, contusaq; lumina flebant,  
Stabant irati scabri rubigine dentes,  
Tabo lingua fluens, obfessa draconibus ora,  
Atquē inter toto laceratam pectore vestem  
Sanguineam tremulâ quatiebat lampada dextrâ,  
Hec furibunda vrbis per mœnia clausa citatus  
Passibus incedens oditum serit, excitat iras,  
Vnde mouerentur lacryma gemitusq; dolentis  
Fœminei sexus, nam concio tota repente  
Concussa est, sevitq; animis ignobile vulgus,  
Sicut vbi in segetem vehemens & flribus asper  
Incubuit Boreas, tenuesq; excusit aristas,  
Sic tota insanî commota est concio vulgi,  
Aurea confusus feriebat sidera clamor,  
Haud secus ac alto in luco cum forte ceterua  
Consedere autium, nicosove anime Padusa  
Dant veteres questus per stagna loquacia rana,  
Consimiles permixta viris dat fœmina voce:  
Barbarus ergo aiunt, hac mœnia miles habebit?  
Istine excipient hostilia castra Penates?  
Quid tenuisse iuuat, si mœnia perdimus, arcem?  
Hei! sic iratos accendimus amplius hostes,  
Cogentur tandem deuidum dedere castrum,  
Nam nullum sperare licet, qui subleuet armis

Deser-

Defessos Bauaria veniens exercitus oris.  
 Sic miser as tandem nos omnes vna manebit  
 Mors cum militibus. pro! quid cum pignore matrem  
 Interijse riuat? quid fundere quo so cruores  
 Proderit innocuo? hei! quo dementia ciues  
 Protraxit miseros! hei! quam tibi turpe maligna  
 Ludibrium Fortuna sumis? quam pollice nobis  
 Impresso trahitis fatalia stamina Parca?  
 Sepè malum hoc nobis, si mens non laeta fuisset,  
 De cælo tacte suebant prædicere quercus,  
 Sepè sinistra cauâ prædixit ab ilice cornix.  
 O vtinam Procerum Deus aspera corda moueret,  
 Ut Francis arcem placido cum fœdere tradant;  
 Forsan adhuc miseram tanto in discrimine vitam  
 Supplicibus tribuente, nec fuso capta cruento  
 Innocuo pugilum nostroq; vrbs tota madebit.  
 Sic moesta mussant sic flebilis vndiq; clamor  
 Dissensu vario liquidas se tollit in auræ.

Quin tectis armata dolis, præcibusq; malignis  
 Turba ruit, cuncta cœtum glomerantur in vnum  
 Vxores, rabieq; iecur lœdente feruntur  
 Præcipites, ut saxa ingis abrupta, quibus mons  
 Subrahitur, cliuoq; latus pendente recedit,  
 Atque maritales animos & pectora sauis  
 Blanduijs cingunt, & fuso rore mouere  
 In fractos tentant, ut missus præco salutem  
 Flagiter à Celis, ac Commissarius instet  
 Induciasq; petat, vel dextras hostibus icto  
 Fœdere pacificas iungat, fatalibus vrbeis  
 Excipiat busfis, ac certa pericula mortis

Vitet per thalamos, per iura sacerima lecti,  
 Per charas proles, per mutua viscera poscunt.  
 Non Paradisacum magis induxit se maritum  
 Ad pomi morsum credo fallacibus Euam  
 Blandutis sicutq; nimis cito credula summis  
 Delitijs orbem paradi depulit, atque  
 Fecit ut immites exul traheretur in oras,  
 Sic fermè in summum mauortia corda virorum  
 Circumuenta dolis precibusq; illis a scelus  
 Dederat uxores traxissent, Dalila forti  
 Sic longos rasit Samsoni forfice crines,  
 Sic Loth, sic David, Salomon sic, quisque maligno  
 Blandiloqua lena cecidit deceptus ab astu,  
 Plures Heroes nequissima feminina vicit,  
 Quis modo tutus erit? Sed non hoc illata visco  
 Martia corda Ducum, lachrymas spreuere dolosae,  
 Quæ docuere suos, ut flerent, luminis orbes.  
 Arma metus, luctus, clamor muliebria sunt.  
 Sin pugnare velis mulier melioribus armis,  
 Tuta domi remane, leges seruato Iyurgi,  
 Et tolerato colo vitam, tenuig; Minerua,  
 Imposito cineri sopitas elice flamas,  
 Scopis verre domum, pedibus cal facta parato  
 Balnea defsis, & iuscula grata marito  
 E statione sua redeunti offerre memento.  
 Adde operi noctem, famulasq; ad lumina longo  
 Exerce penso, castum ut seruare cubile  
 Coniugis, & possum paruos educere natos.  
 Praelia magnanimi curabunt Martis alumnì.  
 Nendum finis adest varij clamoris in arce

Verum continuant tremulo cum murmure fletus,  
 Et iugiter matrum ferium vagitibus aures,  
 Atque rudi laniant infantes ore papillas.  
 Sunt quoque de tenero pectulantis flore iuuentia  
 Imbellis pueri, & nimium vaga turba puelle,  
 Qui muliis lachrymis, nec non resonantibus alto  
 Aetherie lamentis complebant atria castri.  
 De grege lanigero permixti matribus agnisi  
 Balatu alterno solatia mutua captant.  
 Porcorum foedo suetus grex vivere ceno  
 Raucisoris tinnire facit grummitibus aures.  
 Ceu chorus, alternis vicibus sic hinnit equorum,  
 Respondetq; pecus, molitorum sed philomela  
 Protensis linguis, & bianti gutture plenis  
 Buccis suauis sonos modulos ac cantica promune;  
 Haud tamen his similes, quos stens scelus Attica pellebat  
 Edit, populea residens dum vere sub umbra  
 Amisso queritur foetus, quos durnus arator  
 Obseruans nido implumes detraxit, & illa  
 Flet noctem, ramoq; sedens miserabile carmen  
 Integrat, & moestus late loca questibus implect.  
 Quam fuit hac fratum nobis iucunda rudentium  
 Musica? quamq; fuit curarum dulce leuamen?  
 Hic tum qua pietas? quam collectio mentis?  
 Quod studium? qualis meditatio? lectio, seu qua  
 Exsisterit tacita deuotio amica quietis?  
 O vitinam praestante Deo nunc alter adeset  
 Thaumaturgus aues qui quandam murmur a restro  
 Edere vaniloquo veruit, clausisq; misertus  
 Glandilegi porcis, & equis, gregibusq; bidentum,

Vaccis, mulieribus, pueris, leuibusq; puellis  
Et reliqua turba tantis clamoribus arcem  
Techniacam implenti meliora silentia manderet.

Hic status urbis adhuc vacua, viduataq; suetis  
Mœnia tutelis hostilia castra latebant;  
Sed veluti rediens diues si forte viator,  
In quibus ante fuit spoliatus, in antra latronum  
Syluarumq; vagos anfractus incidat, heres  
Anxius, attonitusq; riget, vacuosq; recessus  
Vitatis, & absentium pauidus fugit arma latronum;  
Haud secus hostis, iners trepidabat in aria circum  
Mœnia, stratus ubi turpem persape repulsam  
Passus erat, vigilis proprius qua forte manebant  
Excubiae, rigida non sueta silentia pagi  
Mirantur, solitos tormenta nec edere bombos,  
Nec factas ultra per mœnia clausa bidentes  
Pasci, nec vigilum mugire per aethera sannos.  
Attamen haud potuit timidis audacia Gallis  
Addere tot stimulos, ut quisquam tenteat inanes  
Exploraturus cautè descendere muros,  
Ni simul atra Ducus crudelia iussa cuidam  
Per styga, perq; necem, sin pareat, ira dedisset.  
Ergo volens vitare necem mandata capescit  
Fortior è reliquis, nec non perniciibus aptus  
Et volucrpedibus, cursuq; inuictus anhelo.  
Instat, ut approparet Dux iracundus; at ensim  
Fulgentem ex humero suspendit vtroq; lupinâ  
Tectus pelle pugil, super viraq; tempora adaptat  
Hircinam galeam, manibus fert grande sclopetum.  
Hic fisis pedibus per lata foramina tentat

Oppiduli vacui tacitos penetrare Penates.  
 Sed circumfusus cum circa noctis spaciis  
 Stat tenebris, quamuis insueta silentia certius  
 Auribus accipiat, dubius tamen horret & anceps,  
 Ut stat & incertus, quo sit sibi nescit eundum  
 Cum videt ex omni proficiens parte viator  
 Compita principijs diuersis iuncta viarum;  
 Sic stetit, & tenebras noctis rimatur inanes,  
 Hesitat, & tacitus considerat, intret an urbem,  
 An timidus redeat, pauido sic pectore vecors  
 Nunc hac, nunc illac fertur, timet omnia, nusquam  
 Certa salu illi, semper trepidante vacillat  
 Pectore, nunquam animum miserâ formidine soluit,  
 Subsiditq; pedi metuens innixus vriq;,  
 Palpitat attonitum pectus, cor descit amens,  
 Instabiles tremulo crepitant sub pectore dentes,  
 Exitiumq; timens quid sit sibi nescit agendum,  
 Latitiâq; metuq; audius cognoscere finem,  
 Ad mota in tenebris trepidabat arundinis umbram.  
 Intret? sed forsitan tacito stratagemate tectus  
 Hostis adhuc latitat, tandem formidine pulsâ  
 Cor monet audēdum, hecq; metum memorando repellit:  
 Audaces fortuna iuuat, timidosq; repellit.  
 Ergo animos sumens statuit committere sese  
 Casibus ambiguis, celeri pede fertur in urbem,  
 Omnia perlustrat, rimatur quosque recessus  
 Oppiduli, quo se tenebroso forte barathro  
 Abdiderint ciues, vel quas taciturni opacas  
 Miles agat latebras, subita qua causa quietus,  
 Quare tela, futor quo nigri pulueris ingens

Impulit, haud vltra irati Iouis arma trisulci  
 Fulminis, aut diros quos rauca tonitrua bombos  
 Edunt, depositis iris imitata quiescant.  
 Suspensis pedibus, toto quoque corde tremiscens  
 Serpit, & auscultat, tento pulmone recludit  
 Vocis iter, faucumq; vias, si musculus vsquam  
 Se mouet, aut aer folium leue ventilat, ingens.  
 Deliquum mentis patitur, laquearia summa  
 Scandit, nunc siciens vinum scrutatur in imis  
 Cellarum caueis, nunc per granaria querit  
 Dona laboratae Cereris, loca cuncta timebat  
 Contexisse dolos, at tandem pectore vires  
 Successu gaudens sumit, foueasq; iacentum  
 Murorum auxilium, tumido num ventre cohortes  
 Aduersa lateant, solerii mente resuit.  
 Mox vltra properans an adhuc tormenta per urbia  
 Mœnia terribili qua liquerat, agmina rictu  
 Respiciant, nullusve vigil stet miles in armis,  
 Nil non tentatum linquens loca cuncta pererrat.  
 Stabat sepe metu pallens, dum forte videbat,  
 Quæ cinis obductæ celabat lumina pruna,  
 Siue foci viduis atras volitare fauillas,  
 Nempe calebat adhuc nidus nidore relicto,  
 Ast dudum euoluta querunt ad tuta volucres,  
 Scilicet in firmam sese ante receperat arcem  
 Miles, & aduentum lusi considerat hostis.  
 Omnia tuta videns ferus explorator, & vstos  
 Oppiduli clausas acies liquisse Penates,  
 Pallentem vultum pulso mœrore serenans  
 Maxima sic latro testatur gaudia plausu,

Sicq; illi saliunt dulces sub pectore motus,  
 Gallus ut acrisona cucurit voce triumphans,  
 Ante suas ades quando dominatur, & alas  
 Concutit in tremulo gyro, cantuq; sonoro  
 Partam victor ouans palmam testatur, & hostis  
 Insulans pauidum pectus pede calcat iniquo.  
 Haud secus ingeminans elatis vocibus audax  
 Clamat: Io, tandem victoria parta sodales,  
 Huc celeres properate, fauet fortuna, triumpha,  
 Laurea serta gerans victor Dux Guebrian intra,  
 Oppidulum, Oppidulum, geminatis vocibus instat,  
 Te victore patet, turpi conuersa dederunt  
 Hostes terga fuga, glomeratq; elatius Io,  
 Io victor oua Dux Guebrian, Io, triumpha,  
 Io viciisti, celeres properate sodales.  
 Nec iam sufficiunt homini sua guttura, fauces  
 Non capiunt imo glomeratas pectore voces,  
 Sed manus pedibusq; salit, tot mittere gestie  
 Verba, quor exiliens in corpore membra leuabat,  
 Sit animans socios immensis viribus implet,  
 Hi mox membra leuant vili demissa grabato,  
 Et crebro plausu soluentes lumina somnis,  
 Dumq; frequens io letos resonare triumphos  
 Aure notant, astu magno exultantia corda  
 Intumuere, tubis stridenti murmure clangor  
 Increpat horrisonus, rauco quoque tympana pulse  
 Plus solito feriunt, atque exiliere per auras  
 Ocyus effusis neruo exturbante sagittis.  
 Haud secus ac quando Boreas furialis olentem  
 Spirans, quas halat pecoris putris esca, mephitim

Commouet immanes sylvas, vbi forsitan ouantes,  
 Et tristi resident crociantes gutture corui,  
 Mox vbi percipitur rostro putris esca sagaci,  
 Increpat ad pastum decadens agmine magno  
 Condensis nigrans coruorum exercitus alis,  
 Atque petit cupidis preciosa cadauera rostris:  
 Sic quoque Franca cohors, vix nuntia prece ferebat  
 Urbis denicte properat curritq; leuatis  
 Calcibus, & socios ut quisque valebat anhelus  
 Nomine quoque ciet, totus greci arua relinquit,  
 Ad pontem properat, per biantia rudera quinis  
 Scandere primus auet, festinans ordine verso  
 Nititur extremus pes pertransire priorem,  
 Auges sollicitum praedespes ipsa laborem.  
 Ceu canis in vacuo leporem cum gallicus agro  
 Vedit, & hic prædam pedibus petit, ille salutem,  
 Alter in hæsuro similis, iam iamq; tenere  
 Sperat, & extento stringit vestigia rostro,  
 Alter in anibiquo est, ansæ comprensis & ipsis  
 Morsibus eripitur, tangentiaq; ora relinquit.  
 Aut ut Olympiacis pugulum cum turba palaestris,  
 Postquam disposita est signoq; exire iubetur,  
 Corripit exemplo cursum, limenq; relinquit,  
 Et iam posterior socio quicunque priori  
 Proximus it, iam iamq; tenet, certatq; tenere.  
 Sic ciets hostilis patulus exercitus aruis  
 Ante Nothos Zephyrosq; volat, mixtaq; cohortes  
 Ordine confuso rapidâ velocius aurâ  
 Currunt, aripedes flagris & vocibus acti  
 Exsiliunt, cursumq; è castris ocyis omnes

Accelerant adduntq; gradum, citapuluere nubes  
 Quadrupedum cumulata leui petit aëra cursu,  
 Tum Zephyro per colla iuba stringuntur equorum.  
 Nunc voluntur humi, pedes equitesq; feruntur  
 Precipites, properant vesanis rictibus omnes,  
 Quisque prior præda partem deglubere feruet,  
 Præda sed antè diu tuum quæsuit asylum.  
 Mir a vides, audisq; stupens, quam tergor a dirum  
 Pulsa boum resonent, quam classica rauca sonore  
 Horrido ad arma vocant, districtis ersibus urgens  
 Obvia quaque sibi, liquidas crudeliter auras  
 Dilacerant, tenebrasq; secant, & noctis opacæ  
 Vmbras oppugnant, trux est sine sanguine pugna,  
 Mentes ita rapit, dentemq; in dente fatigat,  
 Per rumpunt laceros muros, & saxa cruentis  
 Vulneribus laniant ferro reuolante mucrones,  
 Et tandem vacuas, quas pridem liquerat, ades  
 Miles Cœsareus, magno clamore penetrant.  
 Hec absque effuso victoria parta cruore  
 Illa fuit, miris quam Francia laudibus effert.  
 Hic Comitis Guebrian magnus fuit ille triumphus  
 Cuius Gallorum rumore palatia vano,  
 Et toties sonuit gratiantum vocibus ether,  
 Quo tamen obtinuit nil bustum preter adustum.  
 Sed cur interea volitans pennata per orbem,  
 Plus scitī præuiq; tenax, quam nuntia veri,  
 Liuida fama ruis? cur Principis atria complex,  
 Ac si Casareus miles tentasset in albis  
 Linquere per turpes astus conclusa bacillis  
 Mœnia? rumores prò quos non spargis inanes

Liuor edax! ab quam falsa virtutibus vmbra  
 Fallax obuelas turpi velamine frontes!  
 O dirum exitium mortalibus! ô nihil vnuquam  
 Crescere, nec magnas patiens exurgere laudes  
 Inuidia! alterius quam fœdum rebus opimis  
 Macrescis! iubilans aduersa sorte iocaris!  
 Credite, frans loquitur, dolus est & rumor inanius,  
 Lancingat Heroum clarissima nomina falsus  
 Liuor, in absentes effundit virus acerbum  
 Ore venenato, laudes dolet inuidus omnes  
 Alterius, nec non lusco caligat ocello  
 Fortia facta videns, spargit leue vulgus inanes  
 Rumores, nec scit falsis discernere vera,  
 Mixtaq; cum veris paßim commenta vagantur,  
 Millia rumorum confusaq; verba volant,  
 E quibus hi vacuas implent sermonibus aurae,  
 Hi narrata ferunt alio, mensuraq; ficti  
 Crescit, & auditis aliquid nouus adjicit auctor.  
 Quis nisi mentis inops, furijsq; agitatui iniqui,  
 Vel cui inacessos habitans Titania Circe  
 Lucos crudeli stupefecit carmine mentem,  
 Ut semper falsis miserè delusa figuris  
 Non queat à falsi secernere imagine verum,  
 Credulus hisce fidem facilem rumoribus addat?  
 Quis, quibus est ingens prudentia parta labore,  
 Et quorum nunquam stygijs mergetur in vndis  
 AEternus virtutis bonos, quos carmine Phœbus  
 Pan calamis, fidibusq; Linus, vel vectus Arion  
 Pisces, aut Bistonius cytharis modularibus Orpheus,  
 Magnanimos Proceres digno resonare cothurno

Haud potis est, victos turpi mœstoq; timore,  
 Nec non oblitos fame & virtutis auita  
 Dedeceſ ſternum voluisse incurrere credat?  
 Hic ego, qui præſens vidi, quondamq; laborum  
 Inconciſus eram ſocius, te prouoco Magne  
 Præſul Agrippinas, o Illuſtrissime Princeps  
 Ferdinandē decus, virtus, columenq; ſalutisq;  
 Romani Imperij ſpe vniqa Agrippidos vrbis,  
 His ne da faciles falſis rumoribus aures.  
 Nec detractorum, quos promerueré fauores  
 Martia gera Ducum, ſinito ſubducere linguae.  
 Alternam citius mundi compage ſoluta  
 Infringent elementa fidem, non ſubdit a tellus  
 Terga dabit calcanda mari, nec puppibus ingene  
 Oceanus præhebit iter, mollisq; fecari  
 AEthra volatilium pernicibus abnuet alis,  
 Indignans proprios Babylonica flamma calores  
 Expetet algentes glacieſ Erymanthi hydos vrsa,  
 Ledaicq; priuſ concordia ſydera fratres,  
 Hic eques, ille pigil, non alternare vicifim  
 AEternos ortus pergent; quin ſedere rupto  
 Antiquâq; fide terni tria numina fratres,  
 In veteres cedes ſibi ſubdit a regna mouebunt.  
 Aut quoque ſi qua fides maior tellure ſub ima eſt,  
 Non minuſ hec etiam citius violata peribit,  
 Quam quod Magnanimi Proceres Tibi maxime Princeps  
 Sacramento fidemq; datam stratagemate turpi  
 Fallant; reſtor enim tubar hoc inſigne coruſus  
 Titanos radis, & conſcia ſydera cœli  
 Quæ conuerſa oculos inter ſe atque ora tenebant,

Marmoribusq; diu Saxisq; simillima stabant,  
 Dum fortè audierant, quam missò fortia reddane  
 Preconi responsa Duces; quin ipse relatis  
 Aureus Heroum dictis Hyperione natus  
 Sic stuperfactus erat, quod quas molitur habens,  
 Exciderint digitis, & velox cursus equorum,  
 Dum sine lege ruunt, totum turbārit Olympum.  
 Tertius à Guebrian nam p̄aco missus oluam  
 Pacis signa ferens ad clausam venerat arcem,  
 Talibus exponens oblatæ federa pacis :  
 Inuiti Proceres iucunda nuntius adsum  
 Pacis, Dux Guebrian casus miseratus iniquos  
 Vos decorare cupit ceu fortis Martis alumnos,  
 Victoreinq; licet nimium iam saepe superbo  
 Spreueritis fastu, nec adhuc victoria sannis  
 Intolerabilibus contemnere castra sinatis,  
 Gallorumq; licet nomen stimulante farore  
 Sardonij vobis videatur amarius herbis,  
 Horridius rusco, proiectâ vilius algâ;  
 Ipse tamen pacis leges & foedera ternâ  
 Extremâq; vice ingenti pietate ferire  
 Offert, nec castri dedendi victor iniquas  
 Pratendit leges (quales pratendere forsitan  
 Iure queat) sed queis mitis clementia mundo  
 Rara Ducis pateat, nec vobis dedecus ullus,  
 Sed magis insinuent meritos virtutis honores.  
 Quid iuuat angusto miserè putrescere castro,  
 Pro quo si steterit rigidus Mars, Pallas, & ipse  
 Iupiter omnipotens, cui si noua monia plectro  
 Amphion auditus agat, Gallorum eundere dextras

Haud

Haud poterit, nec si claudns Lypareius Heros  
 Vincula ferratis portis adamantina necat,  
 Occultuq; seris si tentet claudere valvas,  
 Qualibus vxorem quondam socialia lecti  
 Fœder a frangentem cum seuo Patre Gradiuo  
 Deprēnsam strinxisse seris, oculisq; Deorum  
 Expositam mouisse iocos fert alta vetustas,  
 Attamen haud victâ Gallos areebit ab arte.

Plura loqui vetuit Generosa corona virorum  
 Indignata minis, ac paucis talia faris  
 Incendens bilem atque iecur grauis ira coëgit:  
 Respuimus Gallis subiectas tendere palmas,  
 Persida reiçimus simulata fœdera pacis.  
 Nouesijs seruante fidem, seruante dolose  
 Fœdera quëis nocuit Kempenses fallere ciues.  
 Nos tibi iuratum seruabitu optime Princeps  
 Ferdinandus fidem, prius hic, prius ibit in auras  
 Spiritus, & citius caput hoc abradere serrâ  
 Quisque finet, quam porrectas tibi fallere dextras.  
 Tu quoque ne redeas nobis suspecta daturus  
 Fœdera, si certam nolis incurrere mortem.  
 Hicne fugam potuit voluisse capescere miles?  
 Dux Guebrian mihi crede lubens gaudensq; dedisset  
 Celatos auro cedentibus arce bacilos.  
 Sed quare (nam causa later) tentasset abire  
 Magnanimus tereti confisus arundine miles?  
 An quia dira famæ, hominum truculentæ tyrannis,  
 Per diuturna domat vacuos ieiunia ventres?  
 An quia deficiunt clausis animantibus esca?  
 Certe haud tot flores Siculâ nascuntur in Hybla,

Nec sata tot croci fert terra Cilissa coloris,  
 Grana quot in castro per euncta cubilia sparsim  
 In cumulos congesta iacent, tenuiq; farinâ  
 Quenti distendunt ingentia viscera sacci.  
 Nullus in obseqâ locus est sine frugibus arce,  
 Hinc meliora iacent cerealia munera grandes  
 Triticei colles, ast illinc hordea fortis  
 Spirant humores, hinc pabula grata caballis  
 Velat humum veluti mons ingens mollis auena,  
 Illinc pisa, fabe pingues, & fusca siligo,  
 Imo tot passim surgebant farris acerui,  
 Ut vix nudat am poterat contingere terram  
 Pes, quin inuisus deberet ledere fruges.  
 Copia tanta fuit laridi, carnisq; suille,  
 Totq; fatigabant fætorum casu caminos  
 Membra boum, ut multi per plurima lustra Gygantes  
 Vix eadem vasto consumere gutture possent.  
 An quia nitroso caruerunt puluere, glandes  
 Qui multo plumbo grauidas torqueret in hostes?  
 Sed Marcoduro quidam cognomine miles  
 Dictus Sturm aderat, famosus in arte Magister,  
 Qua docet occultarimari viscera terræ,  
 Atque parare cauos imâ tellure cuniclôs,  
 Hunc minimè latuere doli, quod mœnibus hostiis  
 Subdiderat foueas, puluisq; inclusus in auras  
 Spargere tentaret muros, hinc astibus astus  
 Deludens, ipso monstrante cuniculus alter  
 Oppositus foditur, terebrantq; foramine cauto  
 Inmanes uteri latebras, ac fraude tumentem  
 Exonerant stomachum, sic tristibus ultima puluis

Muris fata minans, eaevis subtractus opacis  
Suppeditat longos nitroſi pulueris vſus.

Sed quid vera loqui prohibet? verumq; fateri  
Quid vetat? obſeffas ingens penuria turmas  
Inuafit nigri fumo ſiccante tabaci.  
Hac latis viret herba comis, quaſſlipite duro  
Exurgunt, & amica ferunt umbracula terre,  
Has rudiſ autumno decerpere falce colonus,  
Immersasq; ſolet vario condire liquore,  
Ac velut imbelli dīgitis longissima ducens  
Fila colo, in longos ingenti ſtamime funes  
Mollitas neicit frondes, iſtarq; colubri,  
Dum rota conteritur, ſinuosa volumina torquens  
In ſua membra plicat, magnisq; iuoluit aceruis.  
Hanc ſibi poſtremò deuouit tempore frendens  
Mars, dum Christicolas in mutua viſcera pugnus  
Inſanire dedit, totumq; in pralia mundum,  
Pro diro viſ quanta Deo! crudelia mouit.  
Non adeo Veneri Myrthus, nec laurea Phœbo  
Serta placent, Claria que coſpoſuere ſorores,  
Neue comis Hederæ velari tempora Bacchus  
Plus auer, ac Dodoneo de ſemine quercus  
Non ſit grata Ioui, Alcmena nec matre creareum  
Amphitryoniadam magis intima gaudia mulecent,  
Quando ſuſurranti crifpatur populus aurā,  
Hac Gradiue tibi nigrans placet amplius arbor,  
Huic rigida dederas natura congrua nuper  
Dona tua, exhaustis fumis turbare cerebrum,  
Atque mouere truces in perfida pralia mentes.  
Duræ nimis viſa eſt & vix tolerabilis huius.

Herba longa fames, potiusq; carere petebant  
 Pane, leuiq; mero, quam non arescere sumo  
 Guttura, & attractos è nare remittere ventos.  
 Ast vrgens longo iam tempore turpis egestas  
 Indidit ingenium miseris, & propria quemq;  
 Ad vigilare sibi iusit fortuna premendo,  
 Sollertia in variae certarunt pectora curris,  
 Et quocunque sagax tentando repperit usus.  
 Pars vibrans validis ingentia saxa lacertis  
 Fructiferis nucibus conatur demere frondes.  
 Pars nimis impatiens positis descendere truncos  
 Molitur scalis, folijsq; cacumina nudat.  
 Non terrent auidas extrema pericula mentes,  
 Nec proceri timent accedere culmina, quamuis  
 Inde cadens socius morientia tempora plumbo  
 Traiectus ramo penetrante per intima ventris  
 Pendeat, aut penetrans frondes ingente ruina  
 Ipse grauis grauiter subiectam pondere vasto  
 Concidat in terram, cœu concidit aut Erymanthe  
 Aut Idā in magnâ radicibus eruta pinus.  
 Sic frondes in morte legunt, siccasq; coaptant,  
 Consuetosq; trahunt arenii gutture sumos.  
 Quin quoque sumivonis congesta canalibus induno  
 Seminaraparum, sicutq; in imagine dulces  
 Delicias audi sugunt, meliusq; tabacum,  
 Patria quod tellus profert, effingit egestas.  
 Sed non pauperie nigri rauicq; tabaci  
 Usque adeo potuit pugilum constantia frangi,  
 Ut cauto turpig; dolo se mœnibus arcis  
 Substraberent, caperentq; fugam, sed fixa manebat

Mens

Mens ac proposicurn, Sancti celebrare tremenda  
 Pnevmatiſ in caſtro ſolemnia, ut aureus imber  
 De cœlo veniens ſitientia corda clientum.  
 Irriget, ac animos flammâ ſuccendat amoris  
 Diuini calor omnipotens, ſpirabile Numen,  
 Inuictusq; nouas vires roburq; ministret.  
 Ergo liuor edax digitis compesce labella,  
 Nec falſis ultra reple rumoribus vrbes,  
 Nunquam vel leuiter Noſtrum labefacta virorum  
 Alma fides hafit, ſed bello nescia vinci  
 Inconuifa ſtetit, nec quicquam forte moueris  
 Aduersâ potuit, quin fidâ mente tenebant  
 Sacri Romani Imperij patriaq; ſalutem,  
 Continuoq; pijs verſabant Inclyte Princeps  
 Mentibus aduersos caſus, quibus alma tremebat  
 Vesta Diocesis, ſic gratis cordibus hafit  
 Vester amor, quid mille neces tolerare parat  
 Horrebant turpes in pectora ſumere tecnas:

O vtinam pridem Ducibus ſic fixa ſteriffeſſe  
 Intemerata fides, nunc Caſaris arma timerent,  
 Curuarentq; iugō populi feracollare rebelles.  
 Heu quantum terra poruit, Pelagiq; paratiſ  
 Hoc quem foedi frage fuderunt ſanguine dextre:  
 Vnde venit Tican, & nox vbi ſyder acondit,  
 Quaque dies medius flagrantibus aſtuat horis,  
 Ac quā bruma rigens, & nescia vere remittit  
 Aſtrigit Scythicum glaciali frigore Pontum.  
 Sub iuga iam Suecius, Gallus, Batavusq; iaceret,  
 Nunc Othomanigena rabidi, crudelius atro  
 Dite genus, magnis cecidiffent Caſaris armis.

Hac est à Gallis series verissima cap*tus*  
 Oppiduli, proprio præsens sic omnia vates  
 Lumine lustrauit, sic noster miles abiuit  
 Cedendo victor, nihil hosti preter inane  
 Permittens bustum, cineres sunt alma trophyas,  
 Exustaque domus post tantas præmia curas,  
 Predaqe, non alia est Gallis quam vasta ruina  
 Ac ingens lapidum cumulus, vix tecta coherent  
 Diruta parietibus, tot vix habitacula super sunt,  
 Ut fessi membris volitantia tela cauerent.  
 Ecce triumphalis fuit hæc victoria longa  
 Obsidione tribus Ducibus populisque parata,  
 Quam volitans præco Gallorum sparserat aulis,  
 Necnon braccatum populum, Regemqe superbum  
 Parisiosqe, lares iubilo frustravit inans.

Finis primæ Partis.

PARS